

II. PATIENTIA IN OFFICIO [1941]

- 1941.- 1534: Et exhortamur Priorem Domus Boni Lapidis in Domino  
 no ut in hac temporum malignitate, labores Ordinis et officii patienter ferat, confidens in eo qui erit sua merces magna nimis. (Pr. Alemaniae Inferioris).
- 1942.- 1545: Nec tam anxie absolutionem suam de caetero Prior  
 Domus Tornaci petat, sed pro talento sibi credito in Dei et Ordinis vinea laborare studeat. (Pr. Picardiae).
- 1943.- 1551: Prior Domus Wesaliae in Domino rogamus ut habeat  
 patientiam et in cruce Domini usque in finem constans perseveret. (Pr. Rheni).
- 1944.- 1555: Priorem Domus Januae plurimum in Domino hortamur  
 ut illud jugiter attendat quod non nobis solis nati sumus, et quod melior est obedientia quam victimae; ideo bonam patientiam habeat in petitione sua. (Pr. Lombardiae propinq.).
- 1945.- 1558: Priorem Domus Coloniae hortamur ut ad exemplum  
 Christi, obedientiam teneat et conservet, et in his quae bene coepit proficiat et perseveret alios instruendo et dirigendo, cui Deus erit merces. (Pr. Rheni).
- 1946.- 1559: Priorem Domus in Gyrio in Domino adhortamur quatenus  
 laborum Jesu Christi memoria ac futurae aeternae consolationis expectatio illum magis ac magis ad confirmandum cor suum accendat. (Pr. Alemaniae Superioris).
- 1947.- 1566: Priorem Domus Ratisbonae hortamur in Domino ut in  
 coepta fortiter prosequatur, nec frangatur hujus saeculi perturbationibus. (Pr. Alemaniae Inferioris).
- 1948.- 1567: Priorem Domus Tornaci hortamur in Domino ut bono  
 sit animo et speret in Domino. (Pr. Picardiae).
- 1949.- 1570: Priorem Domus Pomerii in Domino hortamur ut sicut  
 hactenus Deo et Ordini fideliter inservivit perseveret, donec Ordo aliter disposuerit. (Pr. Gebennensis).
- 1950.- 1572: Priorem Domus Vallis Christi hortamur in Domino ut  
 patientiam habeat et strenue fungatur officio suo, omni pussillanimitate postposita. (Pr. Cathaloniae).
- 1951.- 1572: Et Prior Domus Portus Beatae Mariae sit infracto  
 animo ad Ordinis labores. (Pr. Acquitaniae).
- 1952.- 1574: Priorem Domus Ruthenae rogamus patientiam habere,  
 cum non habeamus quem in locum ipsius subrogare possimus. (Pr. Acquitaniae).

II. PATIENTIA IN OFFICIO [1952]

[1953] PATIENTIA IN OFFICIO

1953.- 1578: Priorem Domus Capellae rogamus ut in suis multimo-  
dis tribulationibus patienter praestoletur auxilium Divi-  
num. (Pr.Theutoniae).

1954.- 1578: Priori Domus Brugis et suo desolato Conventui com-  
patientes eosdem rogamus ut Domini visitationem patienter  
ferant. (Pr.Theutoniae).

1955.- 1578: Et Priorem Domus Sylvae Sancti Martini compassive  
et condolenter hortamur ut spem suam collocet in Domino.  
(Pr.Theutoniae).

1956.- 1584: Priorem Domus Casularum hortamur in Domino ut om-  
ni pusillimitate deposita, Ordini in sua obedientia in-  
serviat. (Pr.Lombardiae propinquioris).

1957.- 1589: Priori Domus Mantuae praecipimus in virtute sanctae  
obedientiae ut non renuntiet Prioratui sed utrumque offi-  
cium quod habet exerceat diligenter propter Deum. (Erat enim  
Visitator). (Pr.Lombardiae propinquioris).

1958.- 1622: Priorem Domus Granatae hortamur ut alacriter ferat  
crucem sibi impositam, quam obedientia suavem reddet.  
(Pr.Castellae).

1959.- 1626: Priorem Domus in Snals hortamur ut munus sibi in-  
iunctum sustineat forti animo propter amorem Dei et Ordinis.  
(Pr.Alemaniae Inferioris).

1960.- 1643: Cum constet Domum de Miraflores in utroque statu  
bene se habere sub regimine Patris Prioris, hortamur eum  
ut perseveret in officio. (Pr.Castellae).

1961.- 1644: Priorem Domus Casularum monemus ut cum suo Con-  
ventu stabiliat se, nec amodo cogitet de recessu et muta-  
tione Domus. (Pr.Lombardiae).

=====

PAUPERITAS (Vide etiam: 405-423)

- 1°: Admonitio Generalis.
- 2°: Circa bona haereditaria.
- 3°: Circa munuscula.
- 4°: Circa pecuniam.
- 5°: Circa res.

[1961] PATIENTIA IN OFFICIO

1°: PAUPERTAS: Admonitio Generalis:

1962.- 1589: Priorem Domus Sylvae Sancti Martini hortamur for-  
 ti animo tolerare paupertatem ditandam Christi divitiis,  
 si in caeteris Eum sequatur. (Pr.Theutoniae).

2°: PAUPERTAS: Circa bona haereditaria:

1963.- 1450: Et de licentia quam petit Fr.N...quod possit ite-  
 rum disponere de certis rebus mobilibus de quibus alias  
 disposuit et eo quod fecit quod in ipso fuit, sit contentus,  
 et maneat quietus, non respiciens retro, juxta Evangelii mo-  
 nita. (In Domo Boni Lapidis - Pr.Alemaniae Inferioris).

1964.- 1456: Et injungimus Priori Domus Montis Brachi sub poena  
 inobedientiae ut nullo modo intentet vexare fratres D.N...  
 Monachi Domus suae, nec in iudicium trahere, nec eis aliquas  
 expensas facere, et sit contentus de legato per patrem dicti  
 Monachi praefato Monacho in suo testamento facto, quia non  
 est de more Ordinis ad alia procedere. (Pr.Lombardiae prop.).

1965.- 1476: Et D.N...qui petit mitti ad patrimonium suum recu-  
 perandum stet in pace sua et similia amodo non requirat,  
 quia non expedit. (In Domo Parmae - Pr.Lombardiae propinq.).

1966.- 1489: Et testamentum D.N...et mutationem ejus annullamus,  
 quod de jure nullum sit et quod de caetero de rebus pater-  
 nis se non intromittat quoquo modo. (In Domo Ruremundae -  
 Pr.Rheni).

1967.- 1493: Priori Domus Vallis Josaphat prope Olmütz inhi-  
 bus ne amplius intromittat se de testamento sororis suae,  
 consilio aut auxilio, sed eam liberam in ordinando eleemosy-  
 nas permittat. (Pr.Alemaniae Superioris)

1968.- 1526: Prior Domus Templi Mariae prope Lübeck per se vel  
 per suum Procuratorem et non per Fr.Henicum, prosequatur  
 causam successionis hereditariae dicti Fr.Henrici. (Pr.Sa-  
 xoniae).

1969.- 1541: Et Fr.N...Donatus non sit molestus Priori suo nec  
 per se nec per interpositam personam ratione processus fi-  
 lii sui sub poena carceris. (In Domo Delfensi - Pr.Theutoniae)

1970.- 1611: Et D.N...injuste de sui testamenti executione con-  
 querenti perpetuum silentium imponimus. (In Domo Tornaci -  
 Pr.Picardiae).

[1971] PAUPERTAS. II

3°: PAUPERTAS: Circa munuscula:

1971.- 1648: Servetur n. 11, Cap. XXIV, Iae Partis, ... ut nulla  
==== persona Ordinis quaelibet munuscula dirigat aut recipiat,  
nisi prius licentiam habuerit a Praesidente, sub poena comedendi semel ad terram in refectorio pro prima vice, et graviori postea Prioris arbitrio imponenda.

4°: PAUPERTAS: Circa pecuniam:

1972.- 1321: Et Conventui Loci Dei monitio detur quod defunctis  
==== in peccato proprietatis nullum officium debetur postquam eorum crimen est detectum, et defunctorum Monachorum corpora non ponantur in choro Monachorum. (In Anglia):

1973.- 1477: Et D.N... studeat Priori suo obedire, et cum sit no-  
==== tatus de vitio proprietatis, confestim, visa praesenti Charta, quidquid habet in pecuniis resignet suo Priori, alias sit in disciplina criminorum. (In Domo Scotiae).

1974.- 1667: Quia liquet nobis vel non recte intellectum fuisse  
==== in aliquibus Domibus Hispaniae decretum a nobis anno praeterito emanatum (vide n. 415) ad tollendam proprietatem omnem sub nomine peculii aut alio quovis titulo ibidem impune grassantem, vel factam eidem decreto fuisse fraudem; ita ut praetensa ista ignominiosa deposita, vel tantum locum mutaverint, vel adhuc uniuscujusque distincta nota ab unoquoque iisdem perperam utente et fruente, retineantur; propterea ad omnes tergiversationes et aequivocationes tollendas, praesenti decreto prohibemus sub poena excommunicationis et aliis a nobis arbitrandis ne quisquam amplius, sive Praelatus, sive Procurator, sive Sacrista, sive quivis alius subditus, Monachus, Conversus aut Donatus, hujusmodi notas praedictorum peculiorum praetensorum penes se habeat aut retineat, vel alicui tradat, nec sic pecuniae ex Missis vel aliis quibuscumque in praecedenti decreto expressis titulis provenientes, bonis communibus Domorum incorporentur, nullum ut ad eas jus aut titulum quisquam habere praesumat, aut notam eorum teneat, sed tota ex eisdem conflata massa et pecunia communi arcae immixta et unita pertineat ad communitatem et Conventum; non ad ullam particularem personam.

1975.- 1796: Monachi qui adhuc dispersi a Domibus Ordinis exu-  
==== rant, pecunias quas a Prioribus receperunt tanquam depositum habere debent, cujus dominium ad Ordinem pertinet; non ergo possunt hanc pecuniam dare, commodari, vel quocumque alio modo alienare, non habent facultatem illam parentibus dandi, etc..... De pecunia, libris et aliis rebus quas ex vastatione

[1975] PAUPERTAS

## II. PAUPERTAS [1976]

salvaverunt, testamento statuere non possunt, sed si adsit aliquis Monachus Ordinis, maxime vero ejusdem Domus, debent ei concreditum sibi depositum committere ut de eo rationem Ordini reddat. Defectu vero personae Ordinis, ea omnia credere debent cuidam viro probo quem confidunt omnia dominis legitimis redditurum. - Monachi qui in Domibus Ordinis refugium invenerunt, non possunt, sicut alii, de his rebus testamento statuere, imo debent omnia Priori Domus in qua habitant committere. - Actum in Diffinitorio Capituli Generalis anni 1796.

### 5°: PAUPERTAS: Circa res:

1976.- 1451: Et injungimus D.N...Professo Domus Mediolani ut quancitius tradat equum Domus Sancti Bartholomaei de Trisul-  
to vel pretium equi una cum aliis rebus ad dictam Domum pertinentibus Priori Papiae Visitatori, qui Visitator est jam informatus quid de praedictis facere debeat. Alias, si dictus N...facere recusaverit, injungimus praefato Visitatori ut ipsum N...per censuram ecclesiasticam et alia juris et Ordinis remedia ad id faciendum compellat. (Pr.Lombardiae propinq.).

1977.- 1506: Et quia intelleximus quod in Domo Horti Christi prope Nordlingen et pene in omnibus cellis Monachi habeant plures claves et sera contra Statutum et consuetudinem Ordinis in jacturam Domus et in suspicionem malam, ideo, praecipiendo, ordinamus quod Prior ordinata super hoc per Visitatorem ad effectum deducat et exequatur. (Pr.Alemaniae Infer.).

1978.- 1541: Et D.N...vadat hospitatum ad Domum de Xeritio et ibi obediens, absque ulla proprietate, religiose sub regulari disciplina conversetur, et amodo Domum suae Professionis a tot quotidianis expensis non oneret, alioquin Ordo providebit. Et praecipimus Priori antequam a Domo ubi modo est, recedat, videat arcam ipsius et omnia inclusa in ea, praeter libros et vestes ex Ordine debitas, vendat et de pretio satisfaciat debitis ratione ipsius N...contractis. (In Domo de Covis - Pr.Castellae).

1979.- 1559: Committitur et mandatur Visitatoribus et Prioribus Provinciae Picardiae ut omnem proprietatem et superfluitatem vestimentorum et aliorum studeant extirpare a suis subditis, quibus prohibemus ne quid ultra ea quae de Statuto et more Ordinis sufficiunt, undecumque proveniant, sibi retinere audeant, etiam si data a saecularibus fuerint.

1980.- 1578: Et quia intelleximus Religiosos Domus Sancti Audomari habere multa superflua contra paupertatis votum, man-

## II. PAUPERTAS [1980]

[1981] PAX

damus Rectori dictae Domus ut accito Patre Vicario, a dictis religiosis quae notabiliter superflua sunt et adversantur monasticae simplicitati ab illis auferat et utilitati communi applicet. Et si quis praesumpserit resistere huic nostrae Ordinationi, statim tanquam proprietarius et rebellis incarceretur. (Pr. Picardiae).

PAX: (Vide etiam: 424)

1°: In Domo.

2°: Inter Domos.

1°: PAX in Domo:

1981.- 1396: Et diligenter Prior Domus Vallis Jocosae inquirat perversitatem D.N..., et si invenerit eum seminatore discordiae et violatorem fraternae pacis, ex quo est eductus de carcere, ipsum tanquam putridum membrum, ne, quod absit, alios inficiat, sub debitis disciplinis mancipet. (Pr. Aemaniae Superioris).

1982.- 1402: D.N... qui ex sua narratione et inconstantia et insinuatione non vera multos hinc inde perturbavit, privetur a colloquio per sex menses post receptionem Cartae in sua Domo et tribus diebus Capituli recipiat disciplinam, licet gravius fuisset propter tantas perturbaciones puniendus. (In Domo Portae Coeli - Pr. Cathaloniae).

1983.- 1405: Cum DD.NN... sint murmuratores, pacis turbatores et officiorum mutandorum suscitatores, committitur Visitatoribus ut eos dispergant si prout meruerint cum disciplina eos per Domos collocando, quorum Priores de eorum conversatione sequenti Capitulo rescribant. (In Domo Valencennarum - Pr. Picardiae).

1984.- 1409: De D.N... committitur Visitatoribus ut si fuerit turbator pacis aut medicinas exercere praesumpserit ipsum habeant carceri mancipare. (In Domo Pomerii - Pr. Gebennensis).

1985.- 1424: Injungitur Priori Domus Portus B. Mariae ut quoties D.N... et D.N... ad invicem rixabuntur, vel alias invicem rixando pacem violaverint, ambo simul in refectorio ad terram et in una scutella comedant, aut alter eorum qui culpabilis fuerit. Nec Prior super his possit dispensare. (Pr. Aquitaniae)

[1985] PAX

1986.- 1424: D.N... Professus in Seitz, quia non modicum pacem  
 turbavit, seminans discordias inter Conventum et Priorem,  
 prout continet Carta Visitorum, et insuper contumeliam in-  
 tulit Visitoribus in actu Visitationis, ideo ultra poenam  
 a Visitoribus inflictam, ipsum ad omnia Ordinis officia  
 inhabilitamus, nisi per Generale Capitulum secum super hoc  
 fuerit dispensatum. (Pr. Alemannie Superioris).

1987.- 1425: Et D.N... de mutatione loci quam petit imponitur  
 silentium, hortando eum ut quiete et pacifice cum Priore  
 et fratribus suis ibidem conversetur, alias sciat se carce-  
 ri mancipandum. (In Domo In Monichusen - Pr. Rheni).

1988.- 1429: Et D.N... incarcenatus ibidem reservatur ad Ordinis  
 voluntatem, et quia erroneus est, nec Capitulum Generale,  
 nec aliqui ex aliis intraneis vel extraneis de caetero cum  
 suis fantasiis, verbis et opinionibus occupentur. (In Domo  
 Parci - Pr. Francie).

1989.- 1430: Injungimus Priori in Pletriach quod D.N... in Domo  
 sua hospitantem, si amplius sicut hucusque murmuraverit  
 et de his ad se non pertinentibus se intromiserit, quod eum  
 condigne etiam carceris poena corrigere non omittatur.  
 (Pr. Alemannie Superioris).

1990.- 1434: Ad conservationem pacis ampliolem Domus de Covis,  
 districte injungimus omnibus ipsius Domus personis quate-  
 nus culpas praeteritas et offensas ante Visitationem ultimo  
 factam commissas nullus alteri deinceps impropere, nec de  
 ipsis coram aliquo ullus alterum accuset, sed ad tenendum  
 diligentius Ordinis observantias et praedictae Visitationis  
 ordinationes, sectando pacem humiliter studeant. (Pr. Cas-  
 tellae).

1991.- 1440: Et de querela ista injungimus Monachis Domus Para-  
 dis Mariae in Prussia sub poena abstinentiae a vino et  
 cervisia ut nec dictis nec scriptis se mutuo conturbent.  
 (Pr. Saxoniae).

1992.- 1443: Et D.N... qui semper consuevit insurgere contra  
 Priores suos et facere et fovere partialitates in Conventu,  
 detrahere Visitoribus et suis Superioribus tam verbis quam  
 scriptis, propter quae et alios excessus suos positus est  
 per Visitatores in disciplina generali, in ea maneat ad Or-  
 dinis voluntatem, et nisi ab hujusmodi desistat, acrius pu-  
 niatur. Et Fr.N... Conversus ibidem qui fuit suus cooperato-  
 et adiutor in praemissis vadat ad Domum Vallis Sancti Petri

[1993] PAX II

- sub disciplina generali... (In Domo prope Valencennas --  
Pr. Picardiae propinquioris).
- 1993.- 1448: Et D.N... quiescat de caetero ab infestatione et  
inquietatione officiariorum et aliorum Monachorum, alioquin  
per Priorem Domus aut Visitatores graviter puniatur. (In Do-  
mo Montis Dei - Pr. Picardiae propinquioris).
- 1994.- 1458: Et D.N... vadat ad Domum Belnae. Si tamen vult se  
quietare et a perturbationibus solitis emendare, valeat in  
Domo sua Vallis Benedictionis remanere. (Pr. Provinciae).
- 1995.- 1459: Et quia Visitator Provinciae Tusciae, in Visita-  
tione Domus Lucae, super nonnullis articulis per ipsum di-  
ligenter in actu Visitationis examinatis, omnibus Conventua-  
libus dictae Domus silentium imposuit, nos vero seriose in-  
formati, dictum silentium laudamus et approbamus.
- 1996.- 1461: Et D.N... studeat se quiete et religiose gerere,  
abstinendo ab insolentiis et molestationibus turbativis...  
(In Domo Montis Dei - Pr. Picardiae propinquioris).
- 1997.- 1462: Et monemus fratres Montis Dei ut stent quieti et  
pacifici sicut inceperunt et curent amodo de bono nomine.  
(Pr. Picardiae propinquioris).
- 1998.- 1462: Et D.N... de cuius inquietudine satis sumus infor-  
mati per Cartam Visitorum, imponimus silentium. (In Do-  
mo in Seitz - Pr. Alemaniae Superioris).
- 1999.- 1463: Et quia in Provincia Picardiae propinquioris super  
certa materia fuerunt agitati et confecti certi processus  
et articuli, litterae et commissiones, ... volumus pro pace  
et concordia Provinciae necnon pro honore Domorum et perso-  
narum dictae Provinciae ut omnes illi processus et articuli,  
litterae et commissiones annullentur et in ignem mittantur  
et de caetero nulla persona Ordinis audeat loqui nec in bo-  
num nec in malum de illa materia sub poena incurrendi indi-  
gnationem Capituli Generalis.
- 2000.- 1466: Et quia D.N... non emendavit se retrahendo se a tur-  
batione aliorum, ideo teneat ordinationem Visitorum.  
(In Domo Vallisbonae - Pr. Provinciae).
- 2001.- 1474: Et imponimus D.N... et D.N... super contentione in-  
ter eos habitam perpetuum silentium. Et si quispiam eorum  
recidivaverit, pro qualibet vice in refectorio manducet ad  
terram in proximo capitulo. (In Domo Passionis Christi prope  
Legnitz - Pr. Alemaniae Inferioris).

[2001] PAX



- 2002.- 1475: Et D.N...supersedeat a scriptis suis solitis et  
 ---- turbationibus quas, sicut intelleximus, multis infert,  
 alias in pristinam disciplinam reducetur aut carceri manci-  
 pabitur. (In Domo Vallis Bonae - Pr.Provinciae).
- 2003.- 1478: Et quia intelleximus nonnullos ex Conventualibus  
 ---- Domus Vallis Clarae nimium Priori et sibiipsis esse moles-  
 tos, hortamur eosdem ut a talibus resipiscant, alias Ordo  
 providebit taliter quod eis in poenam et caeteris cedet in  
 exemplum. (Pr.Acquitaniae).
- 2004.- 1479: Et super his quae scribit D.N...consulimus quod  
 ---- habeat pacem cum omnibus et sic Ordo de eo manebit con-  
 tentus. (In Domo Casularum - Pr.Lombardiae propinquioris).
- 2005.- 1480: Et D.N...studeat habere pacem cum Priore et caste-  
 ---- ris religiosis Domus suae...(In Domo Vallis Bonae - Pr.Pro-  
 vinciae).
- 2006.- 1482: Et D.N...suo Priori plus solito obediat, pacem et  
 ---- concordiam cum Conventualibus observet, in cantu et caere-  
 moniis se illis conformando, alioquin vino et pitantia ca-  
 reat quoties in aliquo excesserit aut Priori inobediens fue-  
 rit, et hoc volumus per Priorem inviolabiliter observari.  
 (In Domo Bruxellarum - Pr.Theutoniae).
- 2007.- 1485: Et D.N...caveat de caetero Reverendum Patrem super-  
 ---- fluis scriptis suis inquietare sicut hactenus fecit..., et  
 studeat in pace vivere cum Priore suo atque Conventu, neminem  
 quovis modo inquietando, alioquin statim puniatur secundum  
 formam Statutorum. (In Domo Capellae - Pr.Theutoniae).
- 2008.- 1487: Et D.N...vadat ad Domum Montis Benedicti et tali-  
 ---- ter se habeat quod omnes sint contenti de eo vivendo in  
 pace cum caeteris. (Pr.Lombardiae propinquioris).
- 2009.- 1487: Priori Domus Vallis Jesu Christi fit mia. Et prae-  
 ---- ficimus in Priorem dictae Domus D.Petrum Ruffi (qui fuit  
 postea Reverendus Pater) a Prioratu Domus de Castris absolu-  
 tum ad sedandum antiquas et perseverantes querelas hactenus  
 agitatae in Provincia illa Cathaloniae in qua solebat esse  
 prae caeteris commendata observantia. Et qui se informet un-  
 de tantae controversiae pullulaverunt in dicta Provincia et  
 evellere studeat ac Capitulum futurum diligenter informet.
- 2010.- 1487: Et quoniam diversas querelas a diversis Prioribus  
 ---- qui venerunt ad Capitulum Generale et etiam per litteras  
 audivimus, ideo mittimus Venerabiles Fratres nostros D.N...

[2011] PAX II

Priorem Bononiae et D.N... Monachum Professum Cartusiae ad visitandam dictam Provinciam Castellae ac sedandum tam querelas noviter ortas quam veteres. Ideo praecipimus ipsos cum honore recipi ad disponendum more Ordinis de Provincia prout secundum Deum et salutem animarum videbitur expedire cum plena autoritate Capituli Generalis.

2011.- 1490: Et D.N... Professus Domus Paviae cesset querulari et obloqui de Patribus et personis Ordinis prout consuevit, alias sit ipso facto in disciplina generali ad Ordinis voluntatem. Et pari poena plectatur D.N... si non cesset a suis scriptis et murmurationibus. (Pr. Lombardiae propinquioris).

2012.- 1492: Priori Domus Argentinae ad suam magnam instantiam et rationabilibus ex causis pro majori pace cui semper intendere tenemur fit misericordia. (Pr. Rheni).

2013.- 1497: Et D. Placidus qui est multum inquietus et turbator pacis vadat ad Domum Lucae. (Pr. Tusciae).

2014.- 1500: Et D.N... habeat pacem secum et habebit pacem cum aliis et ea quae sunt ordinata per Visitatores indiscusse observet. (In Domo Maggiani - Pr. Tusciae).

2015.- 1501: Et D.N... stet quietus cum sit antiquus cogitetque de salute animae suae, vitet etiam consortia saecularium, detque bonum exemplum aliis Monachis in observantia regulari expectando mortem cum sit vicinus morti. (In Domo Majoricarum - Pr. Cathaloniae).

2016.- 1514: Monemus quosdam Domus Templi Mariae prope Lübeck tam Monachos quam Conversos quos plurimum inquietos ac alios inquietantes intelleximus quatenus a suis insolentiis quae nec saluti eorum nec paci atque utilitati Domus illius congruunt de caetero abstineant, alioquin... (Pr. Saxoniae).

2017.- 1532: In Domo de Paulari: Et plenissime informati de reverentia et obedientia Religiosorum et Fratrum dictae Domus ad Praelatum suum, necnon de pace et charitate mutua, illorum tali et tanto profectui congratulantes hortamur eosdem ut in eadem non solum maneant, sed proficiant regula. (Anno praecedenti noluerunt recipere Priorem et dure reprehensi sunt a Capitulo Generali.) (Pr. Castellae).

2018.- 1544: Et D.N... studeat de caetero pacifice vivere, caveatque inter fratres seminare discordias uti fecit in Domo Montelli, et nisi se emendaverit, omnia errata sua recordabuntur de quibus et poenam luet. (In Domo Ferrariae - Pr. Tusciae).

[2018] PAX II

- 2019.- 1568: Et D.N...linguam suam compescat, ne majores tur-  
 bationes oriantur, alioquin Visitatores provideant, et ita  
 districte corripiant ut caeteris cedat in exemplum. (In Do-  
 mo Hollandiae - Pr.Theutoniae).
- 2020.- 1577: Et D.N...alias monitus per Cartam anni 1568 ad sta-  
 bilitatem et pacem, iterum peremptorie monetur ad idem et  
 quiete vivendum si Dei et Ordinis disciplinas effugere cupit.  
 (In Domo SS.Stephani et Brunonis - Pr.Lombardiae remotioris).
- 2021.- 1590: Incrementum observantiae regularis Domus Portae Coe-  
 li novo Vicario commendamus, sicut et Conventui ut pacem  
 habeant ad invicem, maxime autem ad superiores, quae a multo  
 tempore in dicta Domo patitur cum magno nostro dolore, cum  
 legamus sine illa cum sanctimonia nullum visurum Deum, Chris-  
 toque praestari quidquid obedientiae et inobedientiae, reve-  
 rentiae et irreverentiae, superioribus exhibetur.(Pr.Cathal.)
- 2022.- 1622:-Et D.N...renovanti veteres querelas a PP.Commissa-  
 riis sopitas et decisas, perpetuum imponimus silentium.  
 (In Domo Capellae - Pr.Theutoniae).
- 2023.- 1623: Et D.N...communi paci ex Superiorum directione se  
 magis conformet. (In Domo in Tüchelhausen - Pr.Alem. Inf.).
- 2024;- 1643: Et D.N...stabiliat se et quiescat a querelis.  
 (In Domo Aulae Dei - Pr.Cathaloniae).
- 2025.- 1622: Et D.N...stabiliat se et absteineat a querelis jam  
 saepius determinatis. (In Domo Dulmaniae - Pr.Rheni).
- 2026.- 1719: Audivimus in Domo de Xeritio quosdam esse inquietos  
 qui turbant pacem; idcirco pergant Visitatores ad prae-  
 fatam Domum, et singulorum explorata mente, moneant Reveren-  
 dum Patrem de illis nominatim qui sunt capita discordiae, ut  
 ab ipso agnoscantur et refraenentur ad restitutionem tran-  
 quillitatis. (Pr.Castellae).
- 2027.- 1881: D.N...jam saepe saepius a Priore suo, a Visitatori-  
 bus, imo et ab ipso Reverendo Patre monitus ut sese absti-  
 neat ab indiscretae, temerariae, et amarae correptionis falso  
 zelo, quo Domum totam perturbat, et nihilominus in suo  
 sensu persistens, in posterum careat recreationibus et spa-  
 tiamenti ad nutum Reverendi Patris. (In Domo Siligniaci).

## 2º: PAX inter Domos:

- 2028.- 1448: Et sententia diffinitiva data per nostrum Capitu-

lum Generale super quadam controversia tamdiu agitata inter Domum prope Januam et Domum Casularum Ordinis nostri mittitur eis ad partem sigillata, quam sententiam ad unguem observent, super ulteriori prosecutione vel altercatione praefatis Domibus silentium perpetuum imponentes. (Pr. Lombardiae propinq.).

2029.- 1475: Et quia in negotio differentiarum quae hactenus ver-  
==== sae sunt inter Conventuales Domus Montelli et D.N...olim Priorem ejusdem, unaquaeque pars partem habet justitiae et partem culpa; pro sedatione tamen omnium illarum differentiarum, et pace, unitate et caritate servandis inter easdem, decernimus easdem partes debere stare et remanere in pace et quiete sua, injungentes eisdem sub poena indignationis Ordinis ne amodo super hujusmodi differentiis se inquietent nec ad Capitulum querelas amplius mittant aut scribant, et super expensis hinc inde factis, quaelibet pars solvat suas expensas. (Pr. Tusciae).

2030.- 1483: Et non se impediatur Prior Domus Venetiarum ad impe-  
==== trandum possessiones Domus Ferrariae pro Domo sua sub poena privationis ab officio. (Pr. Tusciae).

2031.- 1493: Et Procuratori Domus de Calci imponimus silentium  
==== super querelas contra Priorem Domus Parmae, et similiter Priori Parmae super querelas contra dictum Procuratorem de Calci. (Pr. Tusciae).

2032.- 1500: Et Monachi Domus de Covis non se impediatur de Domo  
==== de Xeritio, sed permittant Priori de Xeritio regere Domum suam. (Donationem fecerat Domus de Covis Domui de Xeritio). (Pr. Castellae).

2033.- 1500: Et officiales Domus Vallis Benedictionis non in-  
==== quietent Domum Vallisbonae de nemoribus suis, nec molestent, sed concordent cum eis. (Pr. Provinciae).

2034.- 1583: Cum magis consentaneum sit rationi ut quod ambiguum  
==== est aequitate potius temperetur quam temere judicetur, et causae mortis mulae V.P. Prioris Montis Hilaris varii assertores existant, censemur et ordinamus ut pretium quo censebatur, inter tres Domos, videlicet Montis Hilaris, Portae Coeli et Vallis Christi aequa portione dividatur, imponentes super ea re dictis Prioribus et aliis silentium. (Pr. Cathaloniae).

## II. PERSEVERANTIA [2035]

PERSEVERANTIA IN VOCATIONE: (Vide etiam: 430-432)

2035.- 1442: Et Fr.N... Converso imponimus silentium ne amplius  
 vaxet Ordinem ut fiat Clericus Redditus quia non obtinebit.  
 (In Domo Vallis Sancti Petri - Pr. Picardiae propinquioris).

2036.- 1455: Et hortamur D.N... ut stabilius maneat in sua vo-  
 catione qua vocatus est, quia translatio ad aliam voca-  
 tionem quam petit ei non concedimus. (In Domo Ruremundae -  
 Pr. Rheni).

2037.- 1470: Et Fr.N... Conversus sit contentus de statu suo ad  
 quem assumptus est et in eodem permaneat secundum doctri-  
 nam Apostoli, et ad statum Monachi amplius non anhelet, nec  
 Prior et Conventus valeant ipsum ad dictum statum assumere.  
 (In Domo Glanderii - Pr. Aquitaniae).

2038.- 1475: Et exhortamur Fr.N... ut se in Ordine et Professio-  
 nis suae Domo stabiliat ob salutem animae suae. (In Domo  
 Vallis Sancti Mauritii in Gyrio - Pr. Alemaniae Superioris).

2039.- 1527: Et D.N... stabiliat se in Ordine et verum Cartusien-  
 sem bonis moribus et exemplis se praebat. (In Domo in Yttin-  
 gen - Pr. Alemaniae Superioris).

2040.- 1541: Et D.N... qui petit ire ad Eremum non amplius moles-  
 tet Capitulum neque Reverendum Patrem nostrum Cartusiae,  
 quia non habebit responsum. (In Domo Luvigniati - Pr. Franc.).

2041.- 1542: Et D.N... hospes in Domo Repausatorii habeat patien-  
 tiam in petitione sua et quamvis Domus suae Professionis  
 sit destructa, Dominus Deus tamen et Ordo providebit de ne-  
 cessariis tam corporis quam animae eidem Domino et Ordini  
 fideliter servienti. (Pr. Gebennensis).

2042.- 1544: Hortamur in Domino Priorem Domus Horti Christi ut  
 ad gremium matris suae Religionis Cartusiae et ad promissam  
 Deo et Ordini obedientiam redeat ne ipsius incurrat ju-  
 dicio qui habet flatum ejus in manu sua. (Pr. Alemaniae Inf.)

2043.- 1579: Et D.N... in Domo de Covis incarceratus perseveret  
 in carcere ad Ordinis voluntatem et agat poenitentiam nec  
 animum inducat se tuta conscientia posse vota semel emissa  
 infringere. (Pr. Castellae).

2044.- 1596: Et D.N... agnoscat suae professionis gratiam sibi  
 ex divina providentia datam fuisse atque in eadem studeat  
 se stabilire et religiose vivere. (In Domo Portae Coeli -  
 Pr. Cathaloniae).

## II. PERSEVERANTIA [2044]

[2045] PERSEVERANTIA II

2045.- 1609: Et D.N...hortamur ut se in sua Professione juxta  
==== monitionem Patrum Visitorum stabiliat. (In Domo de Xe-  
ritio)- Pr.Castellae).

2046.- 1613: Et D.N...stabiliat se in Professione in qua perse-  
==== veraverit ultra 22 annos sine ulla reclamacione. (In Domo  
Sancti Audomari - Pr.Picardiae).

PICTURA:

2047.- 1280: Exhortatio incepta quod picturae curiosae ex  
==== Ecclesiis et hospitiiis factae deleantur, confirmatur.

2048.- 1280: Exhortatio quod in cellis et dormitoriis Fratrum  
==== teneatur statutum de lectis, et tapetia universa et qua-  
relli picturati vel curiosi de cellis amoveantur, confir-  
matur et approbatur.

2049.- 1280: Discretioni Visitorum relinquatur de amovendis  
==== picturis Domus Ligeti et Glanderii et aliarum Domorum me-  
liori modo quo poterunt.

2050.- 1424: Quia in plerisque Ordinis nostri Provinciarum Do-  
==== mibus, tabulae curiosis imaginibus depictae in altaribus,  
et aliae diversae picturae cum clypeis et armis saecularium  
et formis mulierum, contra sanctam Ordinis simplicitatem et  
humilitatem, tam in fenestris vitreis quam aliis locis con-  
tra Statuta multiplicantur, de quo notabiles viri non modi-  
cum scandalizantur, ordinamus ut tales omnes picturatae ta-  
bulae et aliae curiosae picturae, ut praedicitur, amovean-  
tur, ubi sine gravi scandalo fieri poterit, et nova de cae-  
tero fieri non permittantur; Visitoribus quoque Provincia-  
rum committitur ut haec firmiter faciant observari et Prio-  
res in hoc inobedientes punire non omittant.

2051.- 1503: Prior novus de Paulari habeat cum Conventu bene  
==== videre indecentiam imaginum novarum factarum in altare  
majori, et illas tollat si non conveniunt Ordini, alias Ca-  
pitulum mittet Commissarios qui hoc facient. (Pr.Castellae).

2052.- 1520: Priori Domus Mantuae injungimus in virtute sanc-  
==== tae obedientiae ut infra tres menses a die receptionis  
praesentis Chartae computandos, sub poena absolutionis ab  
ejus obedientia, quasdam curiosas, theatrales, tragicas et  
satyricas picturas in Ecclesia factas, juxta alias ordinata  
a Visitoribus Provinciae ad discretionem Prioris Domus Fer-

[2052] PICTURA

urariae tollat, deleat et omnino radifaciat, non obstante quadam permissione inde secuta per eosdem Visitatores, et hoc, omni excusatione aut dilatione cessantibus; quod si nostrae ordinationi parere contempserit infra dictum tempus, injungimus Visitatori Provinciae ut eundem Priorem absolvat. (Pr. Lombardiae propinquioris).

POTUS: (Vide etiam: 433)

2053.- 1582: Et quia intelleximus Priorem Domus Abbatisvillae auxisse portionem vini qui vix antequam poterat continuari propter Domus tenuitatem ideo volumus et ordinamus ut juxta consuetudinem quam reperit in Domo Monachis ministret vinum. (Pr. Picardiae).

PRIOR: (Vide etiam: 437-451)

PRIOR debet:

- 1°: Consilium sequi suorum vel Visitorum, non nimis confidens in sua propria prudentia.
- 2°: Diligentiam adhibere in officio suo.
- 3°: Mansuetus esse erga subditos suos.
- 4°: Necessaria ministrare subditis suis.
- 5°: Negotia aliena relinquere.
- 6°: Observantiam servare in se et in suis subditis, et exemplum praebere.
- 7°: Officiales suos ad nutum nominare.
- 8°: Pacem habere cum officialibus et subditis.
- 9°: Prudenter se gerere.
- 10°: Rationem reddere.
- 11°: Residentiam in Domo tenere, non nimis evagando.
- 12°: Saecularium familiaritatem vel convivia vitare.
- 13°: Simpliciter sectare.
- 14°: Spiritualia praeponere et non nimis se effundere ad temporalia.
- 15°: Subditus esse Ordini.
- 16°: Tribulationes aequanimiter tolerare.
- 17°: Vigilare super subditos.
- 18°: Viriliter agere.

1°: PRIOR debet Consilium sequi suorum vel Visitorum

non nimis confidens in sua propria prudentia:

2054.- 1453: Et omnes licentias Priori Domus Sanctae Crucis in

[2055] PRIOR

Urbe concessas revocamus, et volumus et ordinamus quod cum consilio et licentiis Visitatoris principalis Provinciae amodo habeat se gubernare et non aliter... (Pr. Lombardiae remot.)

2055.- 1457: Et injungimus Priori Domus in Monte Gratiae ut quando commode poterit Fr. N... Conversum suum fabrum lignarium mittat ad Domum juxta Shene ibidem permansurum donec Conventus dictae Domus introducatur in novas cellas... et amodo in hujusmodi conformet se directioni Visitatoris sui... (Pr. Angliae).

2056.- 1459: Rectorem novae Plantationis in Ilimbach seriose exhortamur ut in gubernatione praefatae Plantationis, non sua tantum industria negotia dirigat, sed et consilio et directione alterius Visitatoris, praesertim in emptionibus et aliis Ordinis causis, quod hucusque dicitur non fecisse. (Pr. Alemaniae Inferioris).

2057.- 1465: Et diligenter Prior Domus Montis Benedicti observet ea quae sibi per Visitatorem dicentur ex parte Capituli Generalis, alias, si servare contempserit, Ordo providebit in facto suo. (Pr. Lombardiae propinquioris).

2058.- 1496: Nihil magni faciat Prior Domus Ruremundae inconulto Visitatore, ne per praefati Prioris et Conventus negligentiam contingat iterum Ordinem ut pridem infamiae et confusio exponi. (Pr. Rheni).

2059.- 1516: Priori Domus Partis Dei injungimus ut certas rationes per Visitatores sibi injunctas faciat et impleat juxta sibi ordinata, et Religiosis suis provideat de necessariis, more Ordinis, ut non habeant materiam ulterius querelandi. (Pr. Gebennensis).

2060.- 1520: Priorem Domus Montis Hilaris exhortamur ut circa curam dictae Domus in utroque suo statu plus solito diligenter invigilet, nec innitatur prudentiae suae, sed omnia maxime gravia tractet et disponat cum consilio Conventus, alias Ordo providebit. (Pr. Cathaloniae).

2061.- 1538: Et admonemus Priorem Domus Ruremundae ut melius solito monitionibus et ordinationibus Visitatorum se reverenter subdat, ne in ipsis Capitulum nostrum Generale contemnere convincatur. (Pr. Rheni).

2062.- 1569: Et Prior Domus Repausatorii nihil intentet quod gravius sit importantiae sine consilio et consensu Visitatorum Provinciae. (Pr. Gebennensis).

[2062] PRIOR



2063.- 1570: Priorem Domus Sanctae Crucis in Jaresio hortamur  
 ut consiliis Patris Convisitatoris acquiescat et scrupu-  
 los deponat. (Pr. Aquitaniae).

2064.- 1574: Priorem Domus Hollandiae hortamur ut solito me-  
 lius consiliis Visitorum acquiescat... (Pr. Theutoniae).

2065.- 1575: Et Prior Domus Montis Rivi caveat aliquid aliena-  
 re sine consensu Reverendi Patris nostri et consilio Visita-  
 torum Provinciae qui inquirent et informabunt quando aliquid  
 vendendum erit, super commodo sive incommodo. (Pr. Provinciae)

2066.- 1578: Priorem Domus in Snals monemus ne aliqua aedificia  
 Domus mutet nisi de consilio Visitorum. (Pr. Alem. Super.).

2067.- 1578: Rectorem Domus Cantavii praeficimus in Priorem sub  
 spe exhibendae administrationis sincerioris, qui curet ut  
 in arduis negotiis requirat consensum Conventus prout volunt  
 Statuta nec dividat vel donet quercus cuiquam citra consen-  
 sum Visitorum, (Pr. Rheni).

2068.- 1582: Priorem Domus de Xeritio hortamur ut in gravioribus  
 negotiis, suorum praecipue discretiorum utatur consilio, et  
 si opus est, aliquando alterius Visitorum Provinciae. (Pr.  
 Castellae).

2069.- 1583: Prior Domus in Frenitz consiliis Visitorum ob-  
 temperet in omnibus, cellas in claustro prout antea injunc-  
 tum fuit reaedificet, etiam in Divinis Missarum celebrationi-  
 bus mori Ordinis se conformet. (Pr. Alemaniae Superioris).

2070.- 1591: Prior Domus Montis Brachi nihil immutet in aedifi-  
 ciis et aliis rebus sine consilio et consensu Visitoris.  
 (Pr. Lombardiae propinquoioris).

2071.- 1619: Priori Domus Ferrariae inhibemus ne incepta opera  
 prosequatur sine consensu Conventus et Patrum Visitorum.  
 (Pr. Tusciae).

2072.- 1651: Prior institutus in Domo Mantuae in gravioribus  
 negotiis utatur consilio Patris Convisitatoris cui de me-  
 liori nota commendamus consolationem dicti Patris Prioris  
 instituti. (Pr. Lombardiae).

2º: PRIOR debet diligentiam adhibere in officio suo:

2073.- 1506: Et Prior Domus Luvigniati sit magis sollicitus in  
 regimine spirituali et temporali et magis subveniat subdi-

[2074] PRIOR

tis suis in necessitatibus eorum et ea quae agit faciat cum consilio suorum, et si opus sit, etiam Visitorum. (Pr. Franciae).

2074.- 1509: Et Priorem Domus Bassaevillae monemus ut plus solito circa curam et administrationem ipsius Domus in utroque suo regimine diligenter invigilet, ne propter culpam suam ipsa Domus detrimentum patiatur. (Pr. Franciae).

2075.- 1519: Priori Domus Allionis injungimus ut circa reformationem ipsius Domus diligenter invigilet super utroque statu, et Monachis suis provideat de indumentis necessariis de panno patriae more Ordinis, prout Statuta volunt. (Pr. Geben.).

2076.- 1525: Hortamur Priorem Domus Hollandiae ut pro honore Dei et animarum sibi commissarum salute sollicitus sit, et velit alter Phinees pro disciplina Ordinis conservanda, zelum habeat discretum. (Pr. Theutoniae).

2077.- 1527: Priorem Domus Leodii hortamur ut circa salutem animarum sibi creditarum diligenter invigilet et per maintenancem disciplinae regularis sese verum Pastorem exhibeat. (Pr. Theutoniae).

2078.- 1528: Hortamur Priorem Domus Valencennarum de novo institutum ut subditos suos exemplo et verbo ad amorem Dei et Ordinis nostri disciplinam provocet, et fermentum Lutheranum, si quod invenerit, inter eos auferre studeat. (Pr. Picardiae).

2079.- 1529: Priorem Domus in Gyrio exhortamur in Domino quatenus sub hac misera lugendaque temporum calamitate diligenter invigilet saluti animarum, ac eorum quae Dei sunt et Ordinis. (Pr. Alemaniae Superioris).

2080.- 1561: Rogantes hortamur Priorem Domus Ratisbonae ut juxta gratiam sibi a Deo datam perficiat quae bene coepit et suo religioso exemplo caeteros provocet ad Dei laudem et salutarem profectum. (Pr. Alemaniae Inferioris).

2081.- 1572: Priori Domus Monachorum sedulitatem et vigilantiam in reformatione dictae Domus multum gratam habemus, et rogamus ut perseveret et proficiat; sibi vero commissos hortamur ut sint ad hoc faciles et suae salutis semper memores. (Pr. Theutoniae).

2082.- 1573: Priorem Domus Noviomi rogamus ut circa temporalia magis invigilet, et omnia cum consilio faciat. (Pr. Picardiae).

[2082] PRIOR

2083.- 1574: Priori Domus Dulmaniae vigilantiam et fidelitatem  
 in suo ministerio laudamus et approbamus et bonam perse-  
 verantiam ipsius desideramus. (Pr. Rheni).

2084.- 1576: Et Prior Domus Partis Dei habitet cellam quam sui  
 praedecessores habitare consueverant, et in omnibus studeat  
 quantum fieri poterit prae se ferre officium Prioris et ser-  
 vare tam Ordinationes Capituli quam Visitorum. (Pr. Gebenn.)

2085.- 1578: Laudabilem Prioris Domus Confluentiae vigilantiam  
 tam supra Domum quam supra Provinciam conceditam multum  
 laudamus et hortamur ut in ea proficiat et perseveret.  
 (Pr. Rheni).

2086.- 1637: Priori Domus Monsteroli multum commendamus ut Do-  
 mus suae custodiam cum omni diligentia et sollicitudine  
 invigilet. (Pr. Picardiae).

3º: PRIOR debet mansuetus esse erga subditos suos:

2087.- 1482: Et Prior Domus Sancti Audomari habeat se mitius  
 solito erga religiosos suos. (Pr. Picardiae propinquieris).

2088.- 1483: Et Prior Domus Moguntiae sit plus solito Monachis  
 suis ac Fratribus consolativus. (Pr. Rheni).

2089.- 1498: Et Prior Domus Portarum sit magis dulcis et trac-  
 tabilis Monachis et aliis. (Pr. Burgundiae).

2090.- 1506: Et Priorem Domus Vallis Sanctae Mariae exhortamur  
 ut sit magis dulcis et benignus erga subditos suos. (Pr.  
 Provinciae).

2091.- 1518: Priori Domus Rosae prope Rothomagum injungimus qua-  
 tenus tam Monachos suos quam Conversos et alias Ordinis per-  
 sonas humaniter tractet et singulis de necessariis sufficien-  
 ter provideat, ordinataque per Visitatores in ultima Visita-  
 tione diligenter et inviolabiliter observet. (Pr. Franciae).

2092.- 1530: Et hortamur Priorem Domus de Fontibus ut plus soli-  
 to mansuetum exemplo Christi erga fratres se exhibeat.  
 (Pr. Cathaloniae).

2093.- 1531: Priorem Domus in Ilimbach in Christo exhortamur ut  
 plus solito se benigniorem et affabiliorem tam suis quam  
 extraneis exhibeat. (Pr. Alemaniae Inferioris).

[2094] PRIOR

2094.- 1557: Priorem Domus in Gemniko hortamur ut mores suos  
==== importunos componat et emendet in Divinis laudibus et aliis,  
ut et aliae personae Ordinis secum manere et consolari possint,  
et Chartae Visitorum ac caeteris quae sunt Ordinis nostri  
Cartusiensis obedire studeat. (Pr.Alemaniae Superioris).

2095.- 1557: Hortamur Priorem Domus de Miraflores ut cum suis  
==== subditis mitius se habeat prout in Charta Visitationis  
continetur. (Pr.Castellae).

2096.- 1563: Hortamur Priorem Domus Montis Benedicti ut in hu-  
==== militate et mansuetudine regat sibi commissum gregem, et  
abstineat a conviciis. (Pr.Lombardiae propinquioris).

2097.- 1570: Priorem Domus Luvigniacci hortamur ut mansuetior  
==== et benignior sit erga suos. (Pr.Franciae).

2098.- 1573: Priorem Domus Abbatisvillae adhortamur et rogamus  
==== ut paternum affectum et gratiosum erga sibi commissos ver-  
bo et opere exhibeat. (Pr.Picardiae).

2099.- 1574: Et Prior Domus Buxiae studeat cum omni mansuetudi-  
==== ne, servata tamen Ordinis disciplina, suos subditos trahe-  
re ad observantiam eorum quae sunt honoris Dei et Ordinis.  
(Pr.Alemaniae Inferioris).

2100.- 1577: Priorem Domus Montis Dei rogamus et obsecramus  
==== quatenus benigniorem et humaniorem se exhibeat tam subdi-  
tis suis quam secularibus maxime nobiles. (Pr.Picardiae).

2101.- 1579: Priorem Domus Majoraevi rogamus ut modestiam quam  
==== decet Priorem tam in verbis quam in gestis servare studeat.  
(Pr.Burgundiae).

2102.- 1582: Novum Priorem Domus Aulae Dei rogamus cum omni man-  
==== suetudine et humanitate sibi subditos regat et potius alli-  
ciat ad ea quae officii sui sunt, liberalitate et more quam  
vi aut metu....(Pr.Cathaloniae).

2103.- 1583: Priorem Domus de Paulari hortamur in Domino ut ze-  
==== lum suum temperet et moderetur, quia homo est mansueto in-  
genio, et potius duci quam trahi vult. (Pr.Castellae).

2104.- 1585: Et amodo Prior Domus Trisulti benignus et benevolus  
==== sit in suos, servata tamen Ordinis disciplina. (Pr.Lomb.rem.)

2105.- 1586: Prior Domus Sylvae S.Martini moderetur vehementiam  
==== naturae suae, acquiescens sanis consiliis. (Pr.Theutoniae).

[2105] PRIOR

2106.- 1587: Priorem Domus Vallis Sancti Georgii hortamur in  
 ===== Domino, ut meminerit se esse Pastorem et Patrem, proponat-  
 que sibi exemplum Moseos, de quo proditum est in Sacris Scrip-  
 turis: Erat mitissimus inter omnes homines qui morabantur in  
 terra... Fulmina autem relinquat Jovi. (Pr. Franciae).

2107.- 1606: Priorem Domus Moguntiae monemus ut sit humanior  
 ===== in recipiendis Monachis ad se missis. (Pr. Rheni).

2108.- 1633: Priorem Domus in Maurbach hortamur ut majorem in-  
 ===== firmis et hospitibus Ordinis exhibeat caritatem. (Pr. Ale-  
 maniae Superioris).

2109.- 1640: Priorem Domus Clarimontis monemus ut majorem cha-  
 ===== ritatem suis exhibeat tam circa conversationem quam circa  
 ministrationem necessariorum. (Pr. Sancti Brunonis).

4°: PRIOR debet necessaria ministrare subditis suis:

2110.- 1483: Et monemus Priorem Domus in Hul ut melius solito  
 ===== ministret suis Monachis necessaria. (Pr. Angliae).

2111.- 1505: Et Prior Domus Luvigniaci provideat religiosis suis  
 ===== in victu et vestitu, ne habeant occasionem querelandi, et  
 circa aedificia invigilet, ne corruant. (Pr. Franciae).

2112.- 1511: Et Prior Domus Belnae provideat infirmis et caete-  
 ===== ris religiosis de necessariis, ne habeant ulterius causam  
 querelandi. (Pr. Franciae).

2113.- 1589: Priorem Domus Vallis Clarae monemus in Domino mi-  
 ===== tius cum suis agere, et de necessariis et commodis ad vic-  
 tum et vestitum, ad formam Concilii et Statutorum nostrorum  
 suis providere, et incisioni lignorum nemoris parcere.  
 (Pr. Aquitaniae).

2114.- 1596: Priorem Domus Erfordiae monemus ut sibi temperet  
 ===== a frequentatione conviviorum in urbe et paterne prospiciat  
 Conventui suo de victualibus ut rite et salubriter praepa-  
 rentur, et Monachos ad se missos benigne recipiat et foveat.  
 (Pr. Alemanniae Inferioris).

5°: PRIOR debet negotia aliena relinquere:

2115.- 1357: Injurgitur Rectori Montis Sancti Petri quod non  
 ===== intromittat se de terris Domini Episcopi, vel suis nego-  
 tiis vel aliis, sed de negotiis Domus suae, et bene resi-  
 deat melius solito in eadem. (Pr. Lombardiae).

[2116] PRIOR II

2116.- 1428: Priori Domus Trisulti prohibemus ne de factis Prin-  
cipum et Dominorum habeat intronittere se... (Pr. Lomb. remot.).

2117.- 1463: Injungimus Priori Domus prope Franckenford sub poe-  
na privationis ab officio Prioratus ipso facto, ne amodo  
scribat et copulet scripta in materia Bohemorum aut aliorum  
Principum quorumcumque, quibus ad indignationem eosdem pos-  
sit provocare. Scriptique tractatus contra Regem Bohemiae  
aut in materia discordiae quae est inter episcopos Ecclesiae  
Moguntinensis in nihilum redigantur et in ignem mittantur,  
admonentes Visitatores Provinciae quatenus specialiter super  
dictam Domum habeant oculum; et eam, quantum ipsis possibile  
foret, a scandalis et damno occasione praedictorum scripto-  
rum, praeservent. (Pr. Saxoniae).

2118.- 1476: Et hortamur Priorem Domus Bononiae quod non sit  
ita facilis ad exeundum et forentia negotia non necessa-  
ria tractandum et ulterius se exemplarem exhibeat in Divi-  
nis et Missis magis solito celebrandis. (Pr. Tusciae).

2119.- 1480: Et hortamur ipsum Priorem Domus Venetiarum ut gra-  
tiosius quo poterit renuntiet ambascianis sibi commissis  
per quoscumque Principes et Communitates seu alios, et in-  
tendat gregi Dominico sibi commissio prout tenetur. (Pr. Tusciae).

2120.- 1481: Et hortamur Priorem Domus S. Hugonis ut non reci-  
piat amplius negotia aliena sicut dicunt Statuta. (Pr. Ge-  
bennensis).

2121.- 1504: Priori Domus Insulae Reginae Coeli prope Wesaliam,  
quia intelleximus et bene informati sumus ab amicis Ordini-  
nis et suae Domus quod se intromittit de negotiis Principum  
contra Statuta Ordinis, quod posset venire in grande praēju-  
diciu[m] et scandalu[m] Ordinis, cum dicat Apostolus: "Nemo mili-  
tans Deo implicat se negotiis saecularibus", volentes suae  
saluti providere et Ordinis periculis et scandalis obviare,  
ad suam instantiam fit mia. Et Bullam quamdam quam impetra-  
vit comedendi carnes tradat in manibus Visitorum infra men-  
sem a receptione praesentium, alias sit in disciplina gene-  
rali. (Pr. Rheni).

2122.- 1520: Et Priori qui nunc est et qui pro tempore fuerit  
in Domo Vallis Clarae, necnon et his qui nunc sunt et in  
posterum ponentur in capella Burdigalensi, inhibemus juxta  
alias per litteras Reverendi Patris Cartusiae inhibita, et  
sub poenis in dictis ejus litteris contentis, ne de rebus  
aut negotiis alienis, exceptis solis negotiis dictarum Do-  
mus et capellae et Ordinis, ullo modo se impediunt nec illa

[2122] PRIOR II

tractent, sollicitent vel procurent; nec super hoc possint Visitatores Provinciae dispensare, quascumque licentias in contrarium forte concessas revocando. (Pr. Aquitaniae).

6<sup>o</sup>: PRIOR debet observantiam servare in se et in suis subditis, et exemplum praebere:

2123.- 1427: Priorem Domus Repausatorii exhortamur ut in pitalis et gratis erga Conventum plus solito Statuta et Ordinem faciat observari et observet. (Pr. Gebennensis).

2124.- 1445: Et Priorem Domus in Scotia seriose monemus ut pro zelo Ordinis et observantia Statutorum nostrorum observantias regulares a Monachis et Conversis Domus suae servare faciat, nullis de subditis in contrarium palpando, salvis infirmis, et quibus de Statuto subvenitur, et renuentes aut contemnentes Ordinem servare legitime, et sine timore aliquo puniendo.

2125.- 1467: Priori Domus Vallis Dei non fit mia. Et amodo non teneat nisi unam cellam, et alias cellas concedat religionis qui indigent. Similiter inhibemus sibi sub poena inobedientiae ne amplius comedat et bibat in dispensa, nec in alia camera quae est extra claustrum. (Pr. Franciae).

2126.- 1474: Priori Domus Vallis Regalis prope Gandavum non fit mia, sed provideatur Domui quod in ea sit melior observantia quam hactenus fuit. (Pr. Picardiae remotioris).

2127.- 1476: Et hortamur Priorem Domus de Paulari quod amodo in corrigendis excessibus et disciplinis imponendis contra offendentes se conformet Statutis Ordinis, quod nisi fecerit, Ordo providebit. Insuper injungimus eidem quatenus in aedificiis Domus et claustrum ac cellarum quae separatae distinctaeque debent esse ab invicem, conformet se consuetudini et formae Ordinis et superfluas, excessivas ac curiosas structuras et picturas eidem interdiciamus sub poena absolutionis. (Pr. Castellae).

2128.- 1483: Et Prior Domus de Axiolme studeat se reformare in utroque regimine, alioquin Visitatores de remedio provideant in proxima Visitatione. (Pr. Angliae).

2129.- 1485: Et Priorem Domus prope Rostock exhortamur ut Statuta atque decreta Patrum Visitorum impleat et servet, alioquin Visitatores provideant. (Pr. Saxoniae).

[2130] PRIOR. II

2130.-1497: Et Prior Domus Vallis Sanctae Mariae invigilet su-  
per reformationem observantiarum Ordinis et reparationem  
ipsius Domus quia ad hoc mittitur. (Pr. Provinciae).

2131.-1519: Priorem Domus in Seitz hortamur quatenus plus so-  
lito in spiritualibus subditis suis se exemplarem prae-  
beat caeteraque faciat prout ei per Visitatores assignata  
sunt, alioquin, sequens Capitulum aut interim Visitatores  
providebunt, suae et caeterorum consolationi et paci et  
dictae Domus utilitati. (Pr. Alemaniae Superioris).

2132.-1527: Et Prior Domus in Olmütz taliter in verbis stabi-  
lis et in factis sit exemplaris, prout bonum pastorem de-  
bet et expedit. (Pr. Alemaniae Superioris).

2133.-1539: Monemus omnes Priores Provinciae Alemaniae Infe-  
rioris ut plus solito in observantiis nostrae Religionis  
se exhibeant, et ea quae sunt nostri Instituti, ut sunt je-  
junia et abstinentiae et alia more Ordinis observent, suos-  
que observare faciant, ne personae quae ad eorum instantiam  
mittuntur ad dictam Provinciam malo exemplo scandalizentur  
vel inficiantur.

2134.-1544: Admonemus Priorem Domus Brugis ut domi solito me-  
lius resideat religiose et exemplariter vivendo et quae sunt  
corrigenenda apud subditos viriliter corrigendo. (Pr. Theutoniae).

2135.-1547: Et Prior Domus Trajecti adhibeat majorem diligen-  
tiam pro observatione disciplinae regularis quae multis an-  
nis ibidem viguit, sed heu sub suo regimine multum tepuit.  
(Pr. Theutoniae).

2136.-1548: Et Prior Domus Repausatorii boni pastoris officium  
exercens, et verbo et exemplo ovibus suis prodesse studeat  
et reformationi ipsius Domus invigilet. (Pr. Gebennensis).

2137.-1561: Hortamur omnes Priores Provinciae Alemaniae Infe-  
rioris quatenus se exhibeant exemplares subditis in habi-  
tu, tonsura, sobrietate et religiosa conversatione.

2138.-1561: Priorem Domus Argentinae in Domino adhortamur ut  
ibi in medio nationis non bonae studeat irreprehensibili-  
ter conversari, et factis sanctis alios aedificare juxta  
suae vocationis exigentiam. (Pr. Rheni).

2139.-1565: Priorem Domus Casularum hortamur ut stabilitatis  
et quietis Monachis praebeat se in exemplum, et ita tem-  
poralia disponat quod spiritualia jacturam non patiantur.  
(Pr. Lombardiae propinquioris).

[2139] PRIOR



II. PRIOR [2140]

2140.- 1566: Prior Domus Pisarum studeat in futurum potius bo-  
 === no exemplo et virtutibus bonum testimonium ab Ordine quam  
 ab aliis habere. (Pr. Tusciae).

2141.- 1572: Hortamur omnes Priores Provinciae Alemaniae Supe-  
 === rioris quatenus gregis forma facti studeant quoscumque po-  
 terunt Christo lucrari. Quos etiam intime rogamus quod, etsi  
 pauci sunt, saltem boni sint, conversionis suae gentis olim  
 devotissimae apud Deum continue memores.

2142.- 1575: Et Prior Domus Petrae Castri studeat reficere sar-  
 === tatecta et caetera Domus aedificia, praesertim cellas Mona-  
 chorum, et consoletur religiosos, sine ulla personarum accep-  
 tione, tam professos quam hospites, et provideat de necessa-  
 riis, necnon praebat se exemplum virtutum suis religiosis.  
 (Pr. Burgundiae).

2143.- 1575: Priorem Domus Parisiensis rogamus et obsecramus in  
 === Domino ut gregem sibi commissum foveat et pascat, verbo,  
 doctrina, opereque et bona aedificatione maxime in sequendo  
 Divinum Officium, quantum infirmitas ejus permiserit, tan-  
 quam redditurus rationem Deo et Ordini. (Pr. Franciae).

2144.- 1577: Priorem Domus in Frenitz rogamus in Domino ut lau-  
 === dabili senectute bonorum operum gloria necnon Sacri Ordinis  
 nostri observantia exemplum posteris relinquat, et maxime in-  
 vigilet ne carnes in coenobio quovis praetextu comedantur, et  
 Monachi in cellis semper, exceptis diebus Capitularibus, more  
 Ordinis, comedant, nec illos ad prandium invitet, nec alium  
 cibum quam ab Ordine permissum exhibeat. (Pr. Alemaniae Super.)

2145.- 1577: Priorem Domus prope Brunam hortamur ut frequentius  
 === ac devotius intersit Divino Officio tam nocturno quam diur-  
 no, cui etiam suos interesse compellat, de necessariis illis  
 diligentius provideat et paterne corripiat et admoneat, Mona-  
 chos etiam dictae Domus monemus ut suum Priorem revereantur  
 et illi obediant tanquam Christi Vicario. (Pr. Alemaniae Sup.)

2146.- 1578: Priorem Domus Gosnay hortamur ut se talem prae se  
 === ferat qualem desideramus et in principio suae praefectionis  
 coepit ut sit sua bona conversatione bono exemplo suis in  
 Christo filiis. (Pr. Picardiae).

2147.- 1583: Prior Domus in Ittingen cum suis tam diurnum quam  
 === nocturnum officium absolvat et rarius solito se absentet  
 a Domo ac debita contrahere caveat. (Pr. Alemaniae Inferioris)

II. PRIOR [2147]

[2148] PRIOR II

2148.- 1584: Priorem Domus prope Brunam in Domino monemus ut  
==== Officium Canonicum quantum poterit cum Conventu diligen-  
ter persolvat. (Pr.Alemaniae Superioris).

2149.- 1585: Et Prior Domus prope Brunam una cum suis Horas  
==== more Ordinis persolvat. (Pr.Alemaniae Superioris).

2150.- 1587: Prior Domus Glanderii pascat gregem verbo et exem-  
==== plo providens bono coram omnibus hominibus quoad fieri po-  
test, diligentissime cavens ne qui libri prohibiti invenian-  
tur in illa Domo, frequentet Ecclesiam, teneat Capitulum et  
abstineat a conviviis et liberalitate intempestiva. (Pr.Ac-  
quitaniae).

2151.- 1587: Et D.N...Rector Domus Repausatorii perseveret in  
==== officio et meminerit apostolicae exhortationis: "Qui non  
deliquit in lingua perfectus est vir." (Pr.Gebennensis).

2152.- 1591: Prior Domus Glanderii quantum laboravit in conser-  
==== vatione status temporalis qui adhuc integer est, tantumdem  
laboret in observantiae regularis disciplinaeque manutentio-  
ne sive incremento. (Pr.Acquitaniae).

2153.- 1620: Priorem Domus Papiae hortamur ut constantiorem et  
==== fortiorem animum praebet ad regularis disciplinae obser-  
vantiam et diligentius invigilet super actus suorum officia-  
lium et studiose curet observari ordinationes Visitorum.  
(Pr.Lombardiae propinquioris).

2154.- 1834: Prioribus Domorum Romae et Trisulti non fit mia,  
==== sed suis Domibus praesse ac multo magis verbo et exemplo  
prodesse studeant.

2155.- 1835: Priori Domus Partis Dei non fit mia sed gregem si-  
==== bi commissum in via regularis observantiae verbo et exem-  
plo deducere prosequatur.

2156.- 1839: Priori Domus Padulae non fit mia. Sciatur in fu-  
==== turum mansuetudinem erga omnes verbis et exemplis exprimere,  
rem temporalem et multo magis spiritualem Domus sibi commis-  
sae intelligere; sciat etiam ea quae optime ac solemniter  
nobis praedicavit, practice pingere, et nullam sinistris sus-  
picionibus viam aperire.

7°: PRIOR debet officiales suos ad nutum nominare:

2157.- 1454: Et nonobstante quod Procurator Domus Portae Coeli

II. PRIOR [2158]

sit positus in officio per Visitatores, volumus tamen quod sit ad nutum Prioris revocabilis. (Pr. Cathaloniae).

8°: PRIOR debet pacem habere cum officialibus et subditis:

2158.- 1501: Et Prior Domus Mantuae fidem habeat verbis sui  
==== Procuratoris ex parte Diffinitorum: (Pr. Lomb. Propinq.).

2159.- 1557: Priorem Domus in Snals hortamur in Domino ut cum  
==== Conventualibus suis pacifice vivat. (Pr. Alemaniae Super.).

2160.- 1568: Prior Domus Monsteroli hortamur ut cum Vicario et  
==== Procuratore dictae Domus, unice et pacifice vivens, quae sunt Ordinis observare, et utilitati dictae Domus providere studeat, et dictos Patres sua officia exercere permittat. (Pr. Picardiae).

2161.- 1575: Prior Domus Vallisbonae studeat pacifice vivere  
==== cum suo Procuratore quia non invenitur alius qui velit adire dictam Domum propter pericula quibus circumdatur, et Procurator etiam agnoscat et revereatur suum Priorem. (Pr. Prov.).

2162.- 1583: Prior Domus in Axpach pacificam et tranquillam cum  
==== suis ducat vitam, sobrie vivat, et cum aliis diligenter Ecclesiam frequentet; quod si Deus dederit Novitios, eosdem pie instituat, et sit bonus odor suis. (Pr. Alemaniae Super.).

9°: PRIOR debet prudenter se gerere:

2163.- 1566: Priorem Domus de Xeritio hortamur ut in agendis et  
==== tractandis maturius invigilet, et cautius se habeat. (Pr. Castellae).

10°: PRIOR debet rationem reddere:

2164.- 1481: Priori Domus Pontiniani fit mia, et antequam rece-  
==== dat a Domo, reddat rationem administrationis suae, et in recessu suo non portet duplicia. (Pr. Tusciae).

11°: PRIOR debet residentiam in Domo tenere, non nimis evagando:

2165.- 1446: Ordinamus quod Prior Domus Montis Hilaris terminos  
==== non exeat, nisi per Reverendum Patrem nostrum Cartusiae pro factis Ordinis mittatur; tunc, illis expressis, indilate ad Domum revertatur, nec ad alia negotia extraordinaria propin-  
quorum vel extraneorum tractando directe vel indirecte se immisceat. (Pr. Cathaloniae).

II. PRIOR [2165]

[2166] PRIOR

2166.- 1468: Et Prior Domus Sylvae Benedictae magis solito re-  
==== sideat in Domo sua et circa officium suum exercendum sit  
magis sollicitus, prout volunt Statuta, alias Ordo provide-  
bit. (Pr. Burgundiae).

2167.- 1483: Et D.N...Prior Domus de Henton melius solito ma-  
==== neat in sua Domo. (Pr. Angliae).

2168.- 1505: Prior Domus Montis Rivi sit magis sollicitus resi-  
==== dere in Domo, et invigilet circa gregem sibi commissum,  
nec tantum maneat in loco de Yeres nisi necessitate urgente.  
(Pr. Provinciae).

2169.- 1509: Priori Domus de Miraflores injungimus ut relicta  
==== curia regia et alienis negotiis, propriis intendat, et in  
Domo sua plus solito resideat, alias Ordo providebit. (Pr.  
Castellae).

2170.- 1522: Et super his quae scribit Prior Domus in Pletriach,  
==== exhortamur ipsum in visceribus charitatis quod lupo prae-  
sente et caulas ovium invadente, oves ipsi commissas non de-  
serat sicut mercenarius, sed easdem sicut bonus pastor custo-  
diat. (Erat bellum ex parte Turcorum). (Pr. Alemaniae Super.).

2171.- 1554: Et Prior Domus Repausatorii nonobstante quacumque  
==== consuetudine, intermittat curam cellarii Crestae, et gerat  
curam suorum Conventualium, manens cum eis tota hebdomada,  
nisi urgens necessitas vel evidens ratio exigat. (Pr. Gebenn.).

2172.- 1564: Priorem Domus Portarum hortamur ut magis solito  
==== invigilet circa subditos quibus per residentiam in claus-  
tro se in exemplum bonorum operum exhibeat, relicto cella-  
rio cui plus debito intendit, seipsum praebeat operarium  
inconfusibilem. (Pr. Burgundiae).

2173.- 1570: Et Prior Domus Repausatorii plus solito resideat  
==== domi cum religiosis. (Pr. Gebennensis).

2174.- 1579: Et Prior Domus Repausatorii recipiat Novitios un-  
==== decumque venerint, cum consensu sanioris partis conventus,  
modo sint idonei, et relinquat negotia exteriora Procuratori  
suo et gregem sibi concreditum domi custodiat; Religiosi ve-  
ro et Donati fugiant colloquia saeculariorum maxime mulierum,  
alioquin sentient virgam Ordinis. (Pr. Gebennensis).

2175.- 1579: Priorem Domus in Maurbach rogamus ne adeo frequenter  
==== a Monasterio absit, sed cum suis sollicite magis perseve-  
ret, eosque in observantia eorum quae sunt Ordinis foveat et

[2175] PRIOR

- contineat. (Pr. Alemaniae Superioris).
- 2176.- 1583: Et Prior Domus Capri ita se contineat Domi ut il-  
 ---- li sufficiat unicus Procurator. (Pr. Lombardiae remotioris)
- 2177.- 1587: Et Prior Domus Petrae Castri plus solito resideat  
 ---- Domi, non evagetur, sed curet negotia Domus, non aliena.  
 (Pr. Burgundiae).
- 2178.- 1607: Volumus Priores vagos, quibus labor et poena est  
 ---- esse cum suis fratribus apud Reverendum Patrem a conven-  
 tualibus deferri.
- 12°: PRIOR debet saecularium familiaritatem vel convivia  
 vitare:
- 2179.- 1499: Et Prior Domus Cantavii parcius intersit conviviis  
 ---- secularium, et actibus conventualibus studeat interesse  
 diligentius. (Pr. Rheni).
- 2180.- 1557: Priorem Domus in Herbipoli in Capitulo institutum,  
 ---- hortamur ut devitando secularium familiaritatem studeat cum  
 Dei auxilio jam restaurata et meliorata in dicta Domo conser-  
 vare et perficere ad Dei gloriam. (Pr. Alemaniae Inferioris).
- 2181.- 1570: Priorem Domus Abbatisvillae hortamur ut reformatio-  
 ---- ni dictae Domus incumbat et secularium praesertim suspecto-  
 rum quantum Domus negotia patiuntur familiaritatem devitet.  
 (Pr. Picardiae).
- 2182.- 1575: Priorem Domus Capellae rogamus ut secularium fre-  
 ---- quentiam, inter quos periclitatur sobrietas, devitet.  
 (Pr. Theutoniae).
- 2183.- 1577: Priorem Domus Brugis rogamus ut melius solito se-  
 ---- ipsum exemplum suis exhibeat stabilitatis et quietis et se-  
 cularium familiaritatem devitet. (Pr. Theutoniae).
- 2184.- 1582: Rector Domus in Frenitz a nimia familiaritate se-  
 ---- cularium absteineat. (Pr. Alemaniae Superioris).
- 2185.- 1587: Priorem Domus Neapolis monemus ut diligit solitudi-  
 ---- nem, relinquat saecularium frequentiam, paupertatis remi-  
 niscatur se habere votum, Visitationis ultimae ordinationes  
 curet observari, et ut murmuraciones effugiat, cum suis con-  
 ventalibus negotia Domus communicet. (Pr. Lombardiae remot.)

[2186] PRIOR

2186.- 1595: Priorem Domus Tornaci rogamus in Domino ut a nimia  
==== secularium frequentatione, supervacaneoque ac vario per  
mundum discursu, caveat, necnon, et pro facultate Domus,  
cellas Monachorum, his multis retro labentibus annis ever-  
sas reaedificare studeat. (Pr. Picardiae).

2187.- 1597: Priorem Domus Tornaci hortamur in Domino ut circa  
==== temporalia minus occupatus et ad suam mensam extraneos ra-  
rius excipiens, in Divinis Officiis magis sit assiduus.  
(Pr. Picardiae).

13°: PRIOR debet simplicitatem sectare:

2188.- 1449: Priori de Witham non fit mia, seriose ei injun-  
==== gentes secundum humilitatem et simplicitatem nostri Ordini  
strictius solito conversari. (Pr. Angliae).

14°: PRIOR debet spiritualia praeponere et non nimis se  
effundere ad temporalia:

2189.- 1426: Monemus Priorem Domus Repausatorii ut non se effun-  
==== dat ad exteriora pro temporalibus sicut consuevit. (Pr. Ge-  
bennensis).

2190.- 1427: Priorem Domus Repausatorii hortamur ut circa spi-  
==== ritualia sit magis sollicitus. (Pr. Gebennensis).

2191.- 1564: Et Prior Domus Repausatorii providebit sibi de  
==== Procuratore ut magis ad interiora sibi commissorum invi-  
gilare possit. (Pr. Gebennensis).

2192.- 1564: Et Prior Domus Arveriae absteineat a nimia tempora-  
==== lium occupatione, sed relinquat suo Procuratori. (Pr. Burg.)

2193.- 1566: Prior Domus Portarum plus solito resideat in Domo  
==== et invigilet circa suos, et quae possunt fieri per Procu-  
ratorem relinquat illi, alias Ordo providebit. Etiam invigi-  
let circa reparationem Domus. (Pr. Burgundiae).

2194.- 1566: Priorem Domus in Tüchelhausen hortamur in Domino  
==== ut sicut Domum sibi creditam nititur de foris splendidam  
reddere, ita interiorum et quae de vivis lapidibus construi-  
tur collaboret restaurari. (Pr. Alemaniae Inferioris).

2195.- 1570: Priorem Domus Portarum hortamur ut de caetero res-  
==== taurationi status spiritualis studeat, et temporalem sta-  
tum per Procuratorem ac per seipsum non negligat. (Pr. Burg.)

[2195] PRIOR

2196.- 1575: Priorem Domus Partis Dei hortamur quatenus non mi-  
 ---- nus vacet spiritualibus quam temporalibus. (Pr. Gebennens.)

2197.- 1584: Prior Domus in Snals sic curet strenue prout facit  
 ---- temporalia, ut spiritualia non postponat. (Pr. Alem. Super.)

2198.- 1589: Prior Domus Monsteroli externa, quantum potest, suo  
 ---- Procuratori curanda relinquat, quo gregi suo sit forma sta-  
 bilitatis et probatae virtutis. (Pr. Picardiae).

2199.- 1599: Priorem Domus Parmae plurimum in Domino rogamus ut  
 ---- magis ac magis invigilet curae animarum et observantiae  
 Ordinis. (Pr. Lombardiae propinquioris).

15°: PRIOR debet subditus esse Ordini:

2200.- 1461: Pro consolatione nostra atque conservatione totius  
 ---- Ordinis, Sanctissimus Dominus noster Papa declaravit circa  
 Domum Papiam quod Prior sine consensu Sanctitatis suae non  
 deponatur ab officio Prioratus, sed in caeteris omnibus sit  
 subjectus et correctus per Ordinem sicut caeteri Priores et  
 personae nostrae Religionis, super quae etiam Sanctitas Sua  
 mandavit Secretario camerae suae ut faciat Bullam excommuni-  
 cationis. (Erat iste Prior nominatus paulo ante Prior irre-  
 vocabilis per Bullam Pontificalem, ad instigationem Ducis  
 Mediolani protectoris sui, et jam non obediebat Ordini....)  
 (Pr. Lombardiae propinquioris).

2201.- 1466: Et de hoc quod D.N...Prior Domus Montis Dei remi-  
 ---- sit D.N...hospitem ad Domum suae professionis contra ordi-  
 nationem Capituli Generalis scribitur sibi ad partem, quod  
 scriptum volumus legi in Conventu suo. (Pr. Picardiae prop.).

2202.- 1522: Ex quo Domus nonnullae Provinciae Alemaniae Supe-  
 ---- rioris devastationem timent a Turcis, ea de re, Visitatori  
 commisimus Provinciae principali ut Priores Domorum singula-  
 rum in periculo hujusmodi existentium instruat qualiter se  
 habere, quidve agere et quo declinare debeant, juxta ins-  
 tructionem a nobis factam.

2203.- 1575: Et Prior Domus Portarum caveat contrahere de rebus  
 ---- magni momenti sine licentia Capituli Generalis aut Reve-  
 rendi Patris Cartusiae. (Pr. Burgundiae).

2204.- 1588: Et Prior Domus de Paulari accipiat admonitiones et  
 ---- exhortationes sibi a Visitoribus factas, tanquam aculeos  
 ad pietatem et religiosam conversationem de qua tamen sicut

nec de illius ambigimus fidelitate in Ordinem. Caveat tamen nimiam familiaritatem secularium, et laicorum non requirat recommendationem. (Pr.Castellae).

16º: PRIOR debet tribulationes aequanimiter tolerare:

2205.- 1563: Priorem Domus Erfordiae hortamur in Domino ut aequanimiter et patienter ferat adversa hujus temporis et malorum hominum, nihil tamen patiatur alienari de haereditate Dei et patrimonio Ecclesiae. (Pr.Alemaniae Inferioris).

2206.- 1589: Priorem Domus d'Auray hortamur in Domino non moveri quorundam scriptitationibus, cum non ignoremus a quo fonte promanet turbido, esseque locum simplici magis defensionis quam facundae et tumentis accusationi. Occasiones tamen quantum potest, nulli det, et discretioni in dies majori studeat. (Pr.Franciae).

2207.- 1591: Prior Domus Repausatorii eo magis corroboretur interius, quo exterius fortius impugnatur a mundi hujus filiis. (Pr.Gebennensis).

2208.- 1591: Priori Domus de Xeritio non fit miseria. Quem adversis casibus spe non frangi sed magis in spem contra spem erigi hortamur et rogamus; quos, enim, amat Deus, hos et arguit et castigat omnem filium quem recipit; ex tristibus initiis laetiores exitus sperandi sunt; tamen agat quod Dei adjutorio licet, cui insuper praecipimus ut nihil aedificet donec juxta Statuta debitum omne persolverit et censum redemerit. (Pr.Castellae).

2209.- 1593: Prior Domus Portarum plus solito resideat domi confidens in Domino quod illum liberabit non solum ab insidiis, sed etiam a calumniis. (Pr.Burgundiae).

17º: PRIOR debet vigilare super subditos:

2210.- 1447: Et Prior Domus Ligeti habeat oculum super D.N... ne in pristinas suas misérias reincidat, alias ponat ipsum in carcere.....(Pr.Franciae).

2211.- 1463: Et monemus Priorem Domus in Basilea ut sit magis zelans in corrigendis excessibus personarum Domus suae ne de caetero talia contingant qualia antea evenerunt. (Pr.Rheni)

2212.- 1496: Et Prior Domus Nannetarum vigilet plus solito circa gregem sibi commissum de quo reddet rationem in die iudicii. (Pr.Franciae).



2213.- 1534: Hortamur Priorem Domus de Covis ut conventualem  
 === gregem Domini in disciplina cartusiana educat et ab omni-  
 bus illicitis desideriis ac nostrorum Statutorum forma alie-  
 nis revocare studeat. (Pr.Castellae).

2214.- 1544: Monemus Priorem Domus in Olmütz ut vigilanter stu-  
 === deat ne quis in vinea Domini sibi credita deperat per  
 suam incuriam. (Pr.Alemaniae Superioris).

2215.- 1578: Priorem Domus Claustrum Mariae prope Hildesheim mo-  
 === nemus et hortamur ut pro ratione officii sui diligenter  
 intendat quatenus Monachi et Conversi de caetero vivant si-  
 ne proprio, et quos cognoverit proprietarios et rebelles in-  
 carceret. (Pr.Saxoniae).

2216.- 1591: Priorem Domus Paduae hortamur solito diligentius  
 === invigilare super grege sibi commisso, secumque reputare,  
 non solum de sua, quae honesta est et sobria et religiosa,  
 sed etiam de commissorum vita et moribus, sibi reddendam es-  
 se Deo districtissimam rationem, et parum referre an quis  
 proprio vel alieno peccato damnetur. (Pr.Tusciae).

18°: PRIOR debet viriliter agere:

2217.- 1564: Rectorem Domus in Gyrio adhortamur in Domino viri-  
 === liter agere et patientiam habere et Divinum cultum pro vi-  
 rili augere. (Pr.Alemaniae Superioris).

2218.- 1571: Priorem Domus de Covis ut pastorale officium con-  
 === fidentius gerat neque leges ullas sibi praescribi ab anti-  
 quioribus aut traditiones contra Statuta et consuetudinem Or-  
 dinis a subditis sibi dari permittat, quas omnes hactenus da-  
 tas irritas esse declaramus, et volumus ut antiquiores non  
 discrepent a caeteris in victu et vestitu et in sufficiens  
 oneribus Ordinis, nisi in infirmitate vel alia causa ratio-  
 nabili ad arbitrium Prioris, circa quae Visitatores invigi-  
 lent, et de subsecuta emendatione Capitulum Generale infor-  
 ment. (Pr.Castellae).

2219.- 1681: Priori Domus Neapolis a calumniis sibi impositis  
 === innoxio comprobato non fit mia. Cujus patientiam et ad  
 condonandas injurias propensionem laudamus quidem, sed com-  
 mendamus illi ut deinceps vinum correctionis sollicitius ad-  
 misceat oleo benignitatis, ne ex illius nimia mansuetudine  
 ac familiaritate in suum damnum plures abutantur et spiri-  
 tualia tepidorum vulnera in ulcera fere insanabilia conver-  
 tantur. (Pr.Sancti Brunonis).

[2220] PRIORISSA

PRIORISSA:

2220.- 1510: Priorissam Domus Salettarum hortamur et monemus quatenus injunctam sibi administrationem fideliter et diligenter exerceat cum omni humilitate et caritate, sorores suas omnes aequaliter diligat, pacem inter eas foveat et nutriat, bene recteque vivendi exemplum in seipsa praebet, caeteraque faciat ad quae ex Statuto tenetur.....(Pr.Burgundiae).

2221.- 1572: Priorissam Domus Brugis hortamur patienter ferre damna perpressa aestu maris et laborare ad illa resarcienda, et conservanda ea quae sunt Ordinis et observantiae regularis, quam gaudemus esse bonam, gratias agentes Deo. (Pr.Theutoniae).

2222.- 1577: Priorissam Domus Bertaudi hortamur in Domino ut bono ac virili sit animo, et suas confortet, nec aliquid magni momenti molliatur neque tractet sine consilio Prioris Domus Durbonis. (Pr.Provinciae).

2223.- 1579: Priorissa Domus Pratimollis non fit mia, quam rogamus ut habeat patientiam et perseveret in officio a quo cupit absolvi, amore Dei et zelo Ordinis. (Pr.Provinciae).

PROCURATOR: (Vide etiam: 458-470)

- 1°: Dotes requisitae.
- 2°: Egressus extra Domum.
- 3°: Pauci debent esse Procuratores.
- 4°: Erga Priorem: Obedientia, Pax, Rationem reddere.
- 5°: Realiter debet esse Procurator.
- 6°: Misericordiae aliquae.

1°: PROCURATOR: Dotes requisitae:

2224.- 1532: Et admonemus D.N...Procuratorem Domus prope Brunam ut in officio suo perseveret, ejus imitando vestigia qui Patri obedivit usque ad mortem. (Pr.Alemaniae Superioris).

2225.- 1558: Procuratorem Domus Clarimontis hortamur et monemus ut circa regimen et conservationem bonae famae Domus, quae quasi perdita erat invigilet et sollicitus sit semper. (Pr.Lombardiae remotioris).

2226.- 1567: Et D.N...Procurator composite et ordinate se habeat tam cum secularibus quam cum religiosis in omnibus, ut om-

[2226] PROCURATOR

nibus sit bonus odor ad salutem. (In Domo Montis Dei - Pr. Picardiae).

2227.- 1570: Procuratorem Domus Avinionis hortamur ut tam humiliter et religiose se habeat ut merito, omnes consolari et ipse fructum accipere mereatur. (Pr. Provinciae).

2228.- 1574: Et D.N. Procurator, humiliter, religiosius et fidelius solito exerceat officium Procuratoris. (In Domo Sellionis - Pr. Burgundiae).

2229.- 1586: Procurator Domus Moguntiae in absentia sui Prioris strenue invigilet bonis temporalibus caveatque a nimia secularium familiaritate. (Pr. Rheni).

2230.- 1590: Priorem Domus Coloniae rogamus ut invigilet ne iuniores nimia sua indulgentia et licentia insolescant. . . . Et quia dictae Domus officiales paucam habent rerum externarum experientiam, utantur opera Laicorum Fratrum quos Domus habet satis expertos et fideles, ita ut non necesse sit Procuratorem sese ad humilia coquinae officia et alia demittere, et saepius per pagos discurrere, et etiam Ecclesiam et Conventum quasi negligere. (Pr. Rheni).

2231.- 1590: Et D.N. Procuratorem totius Provinciae suae ad litteras in civitate Neapolitana hortamur spiritualia et Divina primo loco ponere et temporalia deinde diligenter et fideliter curare, ut perfectius a caetero eum facturum speramus. (Pr. Lombardiae remotioris).

2232.- 1725: Et D.N. in Domo Neapolis exerceat officium Procuratoris in Grangia N., curet vero ut ad formam cartusianae vitae naturam suam reducat, et ad nutum suo Superiori pareat. (Pr. Sancti Brunonis).

2º: PROCURATOR: Egressus extra Domum:

2233.- 1362: Concedimus omnibus Prioribus quod possint mittere Procuratores suos extra terminos in tempore guerrae pro negotiis Domorum suarum exercendis, et hoc non faciant nisi de magna deliberatione praehabita.

2234.- 1476: Et quia de D.N. plurimas intelleximus se fecisse inordinationes frequentando et discurrendo per civitatem Senarum in scandalum multorum et Ordinis opprobrium, nisi a talibus se emendaverit, Prior Domus Belregardi ab officio Procuratoris eum absolvat. (Pr. Tusciae).

[2235] PROCURATOR

2235.- 1503: Inhibetur strictissime omnibus Procuratoribus Domorum Provinciae Cathaloniae, ne sub colore alicujus licentiae et consuetudinis intrent civitates, nisi forte urgeat aliqua magna necessitas cui aliter provideri non possit, et tunc fiat de expressa licentia Prioris pro illa vice tantum et non aliter, sub poena privationis officii.

2236.- 1543: Et D.N. exercent officium Procuratoris in Domo Neapolis et non nisi semel in anno exeat extra. (Pr. Lombardiae remotioris).

2237.- 1561: Hortamur Procuratorem Domus in Astheim ut discursus suos superfluos et vagos coerceat, et monasterium non exeat sine licentia sui Prioris, et honesto famulo, et melius solito revereatur suum Priorem, si justam Dei et Ordinis cupit effugere censuram. (Pr. Alemanniae inferioris).

2238.- 1570: Et Procurator Domus Padulae qui nunc est et de cetero erit in civitate Neapolitana pro negotiis, suam residentiam faciat in Domo Neapolis sub poena absolutionis, et quando vacaverit, Divinum Officium in Ecclesia sequatur. (Pr. Lombardiae remotioris).

2239.- 1579: Quia Procuratores Domorum Montelli, Paduae et Vedanae, litium multarum occasione ad civitatem Venetiarum quam saepissime venientes, etc., etc., etc., discretè injungimus Prioribus dictarum Domorum, ut effectualiter concludant quisnam secularis aptus et idoneus foret ad omnes eorum lites sollicitandas instituendus, ut sic Procuratores, nisi necessario comparantes, in ea quam professi sunt solitudine sancta, reliquum temporis vitam degentes, cartusiana reputatione conservata, sibi proficiant, civitatem aedificent, ac denique monasteria a gravi expensarum pondere prorsus exonerent. (Pr. Tusciae).

2240.- 1605: Omnibus Procuratoribus Grangiarum Domorum Provinciae Lombardiae remotioris prohibemus accessum ad civitatem (Neapolis) absque rationabili causa, iudicio alterius Visitorum approbanda, sub poena absolutionis a suis obedientiis. Et si quando transire habeant per illam, contenti sint solo transitu.

2241.- 1641: Ordinamus ut Procuratores Cartusiarum Provinciae Sancti Brunonis qui Neapoli pro negotiis suarum Domorum pro tempore commorantur, omnes resideant et habitent in hospitiis Cartusiae ejusdem civitatis.

[2241] PROCURATOR

3º: PROCURATOR: Pauci debent esse: II. PROCURATOR [2242]

- 2242.- 1432: Quia in Provinciis Alemaniae Superioris et Inferioris, Rheni, Saxoniae, et Picardiae Remotioris, nulla Domus habet duos Procuratores, paucis Domibus exceptis, volumus et ordinamus, propter majorem Domorum uniformitatem quatenus singulae Domus dictarum Provinciarum sint contentae unico Procuratore, et licentias super hoc concessas revocamus.
- 2243.- 1506: Et de his quae petit Prior Fontis Beatae Mariae pro tertio Procuratore, sit contentus de duobus. (Pr. Franciae).
- 2244.- 1506: Et amodo Prior Domus Mediolani sit contentus uno Procuratore. (Pr. Lombardiae propinquioris).
- 2245.- 1523: Et de caetero Domus Mediolani sicut antiquitus sit de uno Procuratore contenta. (Pr. Lombardiae propinquioris).
- 2246.- 1572: In Domo Vallis Pisii: Amodo cum omnes Grangiae dictae Domus sint locatae, non habeatur nisi unus Procurator tantummodo. (Pr. Lombardiae propinquioris).
- 2247.- 1587: Et putamus unum Procuratorem sufficere Domui Belnae. (Pr. Franciae).
- 2248.- 1596: Et quia in Domo Portae Coeli non sunt necessarii duo Procuratores, ideo Procuratorem ad extra pro nunc supprimimus. (Pr. Cathaloniae).
- 2249.- 1650: In Domo de Aniago: Et inhibemus Priori ne in Domo duos Procuratores habeat. (Pr. Castellae).
- 2250.- 1682: In Domo Maggiani: Et ad minuendam multiplicitem Procuratorum juxta mentem Statutorum et Capituli Generalis, D.N...redeat ad cellam claustrii. (Pr. Tusciae).

49: PROCURATOR erga Priorem: Obedientia - Pax - Rationem reddere:

- 2251.- 1156: In hebdomada ante Adventum, Procurator etiam non requisitus, Priori ad reddendam rationem paratum se exhibet, et Prior, cum placet, recipit....Cum de novo aliquis factus est Procurator, ut scribat quod acceperit et quod expenderit, instruitur....Si necesse fuerit, ratio a Procuratore saepius exigatur....Quod si neglexerit, abstineat a vino donec reddat. Quoties enim Prior voluerit, nihilominus eam reddere debet.

[2252] PROCURATOR

2252.- 1180: Procurator postquam dederit pauperibus denarios undecim vel aequivalens non possit alios denarios dare sine licentia Prioris. Vestes novas dare non potest, veteres autem et rejectas dare potest sed non passim et sine delectu.

2253.- 1488: Et Procurator Domus Montis Rivi humiliter et delectabiliter obediat jussibus Prioris nihilque importantiae faciat sine ejus voluntate. (Pr. Provinciae).

2254.- 1493: Et Procurator Domus Vallis Dei fideliter et legaliter obediat Priori suo et ostendat ei negotia et facta Domus, et nihil faciat magni sine Prioris consilio juxta formam Statutorum. (Pr. Franciae).

2255.- 1532: Et monemus Domus in Ilimbach Priorem et Procuratorem, in visceribus Jesu Christi, ut omni contentione seposita, concorditer, ut religiosos decet, inter se vivant, quisque eorum quae officii sui sunt exercendo. (Pr. Alem. Infer.).

2256.- 1552: Et D.N...Procurator corrigat viam suam, et sit reverenter obediens suo Priori, alias Ordo providebit. (In Domo Herbipolis - Pr. Alemaniae Inferioris).

2257.- 1577: In Domo de Miraflores: Et declaramus Patrem Procuratorem debere vocari et interesse tractandis negotiis Domus cum antiquioribus quamvis non sit senilis aetatis. (Pr. Castellae).

2258.- 1581: Et Procurator Domus Montis Rivi de caetero nihil faciat inconsulto Priore. (Pr. Provinciae).

2259.- 1836: Procurator Domus Padulae monetur ut, suo contentus officio, non se ingerat in munus Prioris.

5°: PROCURATOR: Realiter debet esse Procurator:

2260.- 1475: Praeficimus D.N...in Procuratorem Domus Monialium Sanctae Annae ad sublevamen dictae Domus multipliciter nunc gravatae debitis. Et volumus quod exerceat illud officium realiter, omnia recipiendo et exponendo, et nullo modo de caetero Donati aut quicumque laici sive intranei sive extranei nisi per suam delegationem, et subdelegati ad statim in reditu suo teneantur ei reddere rationem et computum de omnibus, ac ipse consimiliter Vicario et Priorissae temporibus suis per omnem modum sicut in Domibus Monachorum fieri consuevit. (Pr. Picardiae remotioris).

[2260] PROCURATOR

## II. PROCURATOR [2261]

2261.- 1568: Et D.N...Procurator habeat curam librorum reddi-  
==== tuum Domus, nec permittantur saeculares habere illam cu-  
ram in futurum. (In Domo Florentiae - Pr.Tusciae).

2262.- 1715: In Domo in Snals:.....Et ea quae per Procuratorem  
==== tractanda sunt negotia Domus, non per Laicos Fratres, sed  
per Procuratorem tractentur, ut de caetero ex gremio ad of-  
ficium possint applicari. (Pr.Alemaniae Inferioris).

### 6º: PROCURATOR: Misericordiae aliquae:

2263.- 1446: Et ordinamus quod D.N...Procurator quem ab officio  
==== Procuratoris deponimus, in claustro Domus remaneat et ibi-  
dem salutem suam securius operetur. (In Domo Sancti Jacobi  
de Capro - Pr.Lombardiae remotioris).

2264.- 1571: Et D.N...olim Procurator maneat in Domo et studeat  
==== se quietius habere. (In Domo Vallis Pisii - Pr.Lomb.prop.).

2265.- 1669: Et D.N...in Domo Clarimontis, qui segniter nimis  
==== se gessit in officio Procuratoris multumque detrimenti ob  
suam incuriam intulit praefatae Domui, privetur passiva vo-  
ce per triennium. (Pr.Sancti Brunonis).

### PROFESSIO: (Vide etiam: 472-478)

2266.- 1375: Nullus supplicet de caetero Capitulo Generali pro  
==== anticipatione Professionum Novitiorum quorumcumque, nam  
de istis anticipationibus multa scandala Ordini hactenus  
evenerunt.

2267.- 1724: Admonitio in-Provincia Tusciae: Servetur n.12,  
==== Cap.XV, Primae Partis Statutorum, et in spatiamentis et  
colloquiis incedant aut maneant juniores ab aliis separati  
quamdiu Priori expedire visum fuerit, sed invigilent Visita-  
tores ne Priores facile dispensent juniores ab hac lege et  
non nisi post quinque annos a Professione, nisi ratio ur-  
geat a Visitoribus approbanda.

2268.- 1839. Ord.3: Quia experientia et usu didicimus quae et  
==== qualla damna in Ordine nostro evenerint in quibusdam locis  
ex admissione ad Professionem post unum tantum Novitiatus  
annum, idcirco, praevia Sedis Apostolicae facultate, prae-  
cipimus neminem de caetero ad Professionem recipi nisi post  
duos probationis annos.

## II. PROFESSIO [2268]

[2269] PROFESSIO

2269.- 1851. Ord. 3: Revocantes, modo tamen accedat consensus  
==== SS. Domini nostri Papae IX feliciter regnantis, Ordinatio-  
nem 3am Cap. Gen. anni 1839 quae incipit: "Quia experientia.."  
statuimus quod de caetero et quoad Monachos tantum, anno  
Probationis elapso, Novitii vota simplicia praesente Con-  
ventu in Capitulo emittant et per quatuor annos Juvenes Mo-  
nachi sub tutela Magistri Novitiorum perseverent, Sacrae  
Theologiae studio dediti; peracto vero quinquennio a ves-  
titionis die, si receptibiles Conventui apparuerint, ad  
faciendam Professionem Solemnem cum caeremoniis apud nos  
consuetis admittantur; durante autem supradicto quinquennio  
ad Sacros Ordines non mittantur, nec a votis suis dispensa-  
ri possint, nisi a Reverendo Patre. - Sacra Congregatio ad-  
junxit: vel a Sancta Sede. - (Summus Pontifex Pius Papa IX  
approbavit hanc dispositionem et postea jussit in omnibus  
Institutis fieri vota simplicia: 19 Martii 1857).

=====

PROTECTOR ORDINIS:

2270.- 1479: Quia intelleximus quasdam personas Ordinis sine  
==== aliqua commissione ab eodem facta eis, praesumptuose, in-  
consulte, et ex propria voluntate procurasse protectores  
pro Ordine nostro de Reverendissimis Dominis Cardinalibus  
per Brevia Apostolica, cum ipse noster Ordo ab initio sui  
usque ad tempora proxima semper fuerit sine speciali Pro-  
tectore (ab initio usque ad annum 1462), et grave sit Domi-  
nis Cardinalibus in majoribus occupatis nostris intendere,  
nec Ordini expediat, eapropter nos Diffinitores Capituli  
Generalis ordinamus et praecipimus sub poena majoris ex-  
communicationis quam quilibet contra faciens ipso facto in-  
currat ut de caetero nullus id facere attentet. Nos enim  
Sanctissimi Domini nostri Papae et omnium Dominorum Cardi-  
nalianum protectione potius gaudere volumus et ad quemlibet  
ex ipsis in causis nostris magis nobis subvenire volentem,  
liberum optamus habere recursum.

=====

PUNITIONES:

2271.- 1420: Quia facilitas veniae ausum parit amplius delin-  
==== quendi, ordinamus ut circa inordinatos et contra Ordinem  
excedentes poenae Statutorum strictius observentur.

2272.- 1428: Et D.N...in aeternum non habeat obedientiam in Or-  
==== dine, suis demeritis exigentibus. (In Domo Calci - Pr.Tus-  
ciae).

[2272] PUNITIONES



II. PUNITIONES [2273]

2273.- 1432: D.J. Cosini qui accusavit de furto D.N... quod fur-  
 === tum fuit postea repertum in cella ipsius Cosini, sit in  
 compedibus ferreis in cella sua, aut fiat cippus de ligno  
 in quo ponatur per mensem, quam poenam nec Prior suus, nec  
 Prior Cartusiae, possint relaxare, et si inobediens Priori  
 suo fuerit, toties quoties subeat eandem poenam et inhabi-  
 litamus eum ad officium Vicariatus vel Procurationis....  
 (In Domo Calesii - Pr. Gebennensis).

2274.- 1432: Injungitur Priori et Conventui Domus Hildesheim  
 === ne Fr. N... Conversum de caetero extra monasterium emit-  
 tant in quocumque negotio. (Pr. Saxoniae).

2275.- 1438: Hoc anno obiit D.N... habens Tricenarium, sed prop-  
 === ter suos excessus inordinatos, privatur illo beneficio,  
 ut aliis cedat in exemplum. (In Domo Abbatisvillae - Pr. Pi-  
 cardiae propinquioris).

2276.- 1441: Et nisi D.N... qui Ordini reconciliatus est, stete-  
 === rit contentus, desistens a minis fugiendi ab Ordine pro  
 minima disciplina imposita pro magnis suis excessibus, car-  
 ceri firmiori sine mora mancipetur. (In Domo Salutationis  
 Beatae Virginis Mariae prope Londonias - Pr. Angliae).

2277.- 1445: Et super his quae in Domo Sancti Martini prope Nea-  
 === polim contigerunt, super scandalis per D.N... perpetratis  
 in falsificatione satis criminosa litterarum regiarum et a-  
 liorum notabilium praefatorum et Principum atque nobilium  
 Regni Neapolis, quarum vigore subrepticie et ambitiose Prio-  
 ratum dictae Domus impetravit, multas vexationes Ordini nos-  
 tro dedit, multaque pericula captiose ministravit, pro pace  
 dictae Domus, ne ad praefatam Domum neque ad Regnum Neapolis  
 reverti valeat perpetuo astringimus et eum in Provincia Tus-  
 ciae collocamus, necnon prout bene meruit, diro carceri man-  
 cipamus, a quo educi nequeat nisi per Capitulum Generale. Ni-  
 hilominus dictum D.N... ad quamcumque Ordinis obedientiam in  
 futurum obtinendam perpetuo inhabilitamus.... (Pr. Lomb. remot.)

2278.- 1447: Inhibemus strictissime Visitoribus ne suggestu  
 === quorumcumque Dominorum D.N... extra terminos valeant emit-  
 tere seu in aliquo officio Ordinis promovere, alias nunc  
 prout ex tunc viceque versa, si contrarium, quod absit, fece-  
 rit, quod praesumere non valemus, cassamus et annullamus, et  
 nullius volumus esse roboris vel momenti. (In Domo Vallis  
 Pisii - Pr. Lombardiae propinquioris).

2279.- 1449: Et disciplinam Priori et Vicario absolutis in Domo  
 === in SnaIs propter eorum graves excessus, per Visitatores im-

[2280] PUNITIONES

positam et in Carta Capituli praeteriti confirmatam, iterato reconfirmamus, praefatis Priori et Vicario absolutis et disciplinatis ne amodo pro dispensatione praefatae disciplinae directe vel indirecte, per se interpositamve personam instantiam faciant sub poena carceris perpetuum silentium imponendo. (Pr. Tusciae ad tempus).

2280.- 1465: Et Fr. N... Conversus educatur de carcere, quo educato, auferatur sibi barba et stet in disciplina generali per tres menses. Et cum sit antiquus dierum studeat emendare vitam suam ne duriores habeat sustinere disciplinam. (In Domo prope Januam - Pr. Lombardiae propinquioris).

2281.- 1466: Et Fr. N... vadat ad Domum Sancti Martini prope Neapolim ibique hospitetur ad Ordinis voluntatem et sui confusionem. (Pr. Lombardiae remotioris).

2282.- 1484: Priori de Trisulto fit mia ad suam magnam instantiam, et non remittantur per Visitatores emissi extra Domum religiosi qui vulneraverunt Priorem dictae Domus. (Pr. Lombardiae remotioris).

2283.- 1566: Et D. N... tanquam proprietarius, mitius secum agendo, claudatur in cella loco carceris, cui tempore Divini Officii aperiatur ut ipse interesse possit, et ipsis dictis, retrudatur iterum, ut saltem in senectute sua discat operari suam salutem. (In Domo Casularum - Pr. Lombardiae propinquioris).

2284.- 1577: Et D. N... incarceratus perseveret in carcere, pane et aqua contentus ac nutritus, et nulla fiat illi misericordia victualium. (In Domo Avinionis - Pr. Provinciae).

2285.- 1589: Et Priores Provinciarum Lombardiae propinquioris et Tusciae, qui tam curiose et seculari atque prodigo, ne dicimus profano sumptu, exceperunt plurimum Reverendum Patrem Dominum Lignanum in suis Grangiis et Domibus cum multorum scandalo et injuria Ordinis, sint extra sedem suam in Ecclesia per mensem, quo durante, Domo non absentent, frequentque Ecclesiam more solito. Procuratores vero culpabiles puniantur trina comestione ad terram in refectorio.

2286.- 1601: In Domo Casularum: Et D. N... et Fr. N... ibidem incarcerati maneant in carcere, et singulis septimanis illis detur bene sensibilis disciplina. Super quo Prior invigilet. (Pr. Lombardiae propinquioris).

[2286] PUNITIONES

**RASURA:**

2287.- 1408: Cum status Ordinis nostri primaevis temporibus magis eremiticus, ideo secundum Statuta Domni Guigonis, raro Missa erat et rasura tantum sexies fiebat in anno, succedentibusque temporibus, Ordine pro majori parte in statum monasticum dilatato, fuerit rasura in singulis calendis mensium ampliata, de qua ampliacione non contenti qui circa civitates et majores villas suas habent Domos situatas, maxime Priores et Procuratores negotia tractantes coram Praelatis et Principibus, sibi particulares licentias radendi impetrant ultra rasuram in Ordine taxatam, ex quo deformitas quam Ordo abhorret sequitur in choro et saepius inter personas non consimiliter licentiatas in foro. Ideo, tam pro unitate conservanda quam pro decentia habitus clericalis quae ita consistit in tonsura sicut in habitu secundum canonica jura, quam pro vitando horrore et irreverentia ut pili barbae intinguntur in Pretiosissimo Christi Sanguine, cum sumitur in calice, quod vitari barba crescente, est impossibile, volumus et ordinamus quod rasura amodo possit fieri bis in mense, expectando vel anticipando pro reverentia occurrentis Festivitatibus.

2288.- 1451: Districte inhibemus ne de caetero aliquis Conventus seu Frater laicus Ordinis nostri tonsuram clericalem deferre praesumat, nec Priores aliquo modo permittant, alias super Generale Capitulum graviter punientur.

2289.- 1454: Ne licentia rationabilibus motivis concessa, sistro intellectu trahatur in abusum, ordinationem factam anno 1442, qua indulgetur Prioribus, Procuratoribus, Rectoribus Domorum ac Monialium Vicariis, ut quia habent tam intra quam extra terminos laborare et se Magnatibus et Curialibus saepius praesentare, propter decentiam status clericalis, semel in hebdomada facere rasuram, sic intelligendam declaramus quod praefati Priores, Procuratores, Rectores ac Vicarii Monialium possint dum in itinere sunt, dum ad praesentandum se his de quibus praedicta Ordinatio loquitur, exire habent, praedicta indulgentia uti; manentes vero cum fratribus in monasteriis suis, habeant se eisdem, quoad tempus rasurae, conformare, ne Ordo habeat occasionem rasuram dispensativam revocare et ad rasuram antiquam de mense in mensem personas Ordinis reducere.

2290.- 1555: Ordinamus ut ad formam Statutorum et Ordinis et prout fit in Majori Cartusia, Fratres Conversi radificent grenones sive pilos inter nasum et os, statim recepta Carta Capituli Generalis, sub poena et disciplina per Reverendum

Patrem Cartusiae arbitranda, mandantes et praecipientes et committentes Visitoribus et Prioribus Domorum Ordinis quatenus praemissa exequi faciant, omni excusatione cessante, et de executione et observatione illorum quamprimum Reverendum Patrem informet et sequens Capitulum Generale.

2291.- 1606: Et Monachi Domus Sophiae conforment se Statutis in rasura et aliis observantiis, alioquin Visitatores provideant; (Pr.Theutoniae).

REBELLIO:

2292.- 1420: Quia in Visitatione proxima Conventuales Domus Vallis Omnium Sanctorum ordinationibus Visitorum recalcitrando in eorum praesentia se pertinaciter opposuerunt, volumus ut quilibet eorum qui in hac rebellionem culpabilis extitit, trina vice ad terram in refectorio sine pitantia comedat, et totidem in Capitulo recipiat disciplinas; Procurator vero qui plus caeteris rebellavit asserens se potius velle Domum ipsam exire quam eorum subjici ordinationi, sit ab officio Procuratoris absolutus; et nihilominus omnia quae dicti Visitatores ordinaverunt, approbamus et confirmamus, praecipue de caelaturarum in stallis chori contra simplicitatem Ordinis curiose factarum amotione, et haec effectualiter exequantur infra unius mensis spatium a praesentium receptione; et caveant ne de caetero consimilia Visitoribus facere praesumant, alias ab Ordine gravius punientur. (Pr.Alemaniae Superioris).

2293.- 1448: Et quia tres Monachi DDD.NNN..., pendente ultima Visitatione, a praeteritae Visitationis definitiva sententia, post sex annos appellaverunt, quod nullo penitus jure canonico vel civili quomodolibet est permissum, et contra omnem formam in Statutis nostris expressam, ac specialia privilegia Ordini nostro indulta et contra prohibitionem Ordinationum nostri Capituli Generalis, ausu temerario in pleno Conventu asserentes se injuriose et mendaciter incartatos fuisse, cum in dictis sex annis, nihil omnino super his Reverendo Patri Cartusiae scripserunt, aut Capitulo Generali. Eapropter ad correctionem ipsorum et ut caeteri timorem habeant amodo talia vel similia perpetrandi, praenominatos Monachos per Domos Ordinis duximus collocandos, videlicet, N.in Domo N., N.in Domo N., et N.in Domo N.. In quibus Domibus stent per mensem reclusi in cella pro carcere, et ordinem teneant in victualibus sine misericordia nisi in casu expressae infirmitatis; et si, quod absit, in talibus rebel-

II. REBELLIO [2294]

lis contradictio vel contumacia aut periculum apparuerit, confestim in carcere retrudantur ad Ordinis voluntatem. (In Domo in Axpach - Pr. Alemaniae Superioris).

2294.- 1454: Ordinamus quod quicumque Ordinis nostri Professus ad secularia seu loca privilegiata, causa immunitatis, confugerit, et privilegia talium locorum petierit, et correctionem ac disciplinam Ordinis declinaverit, et ad se defendendum contra Ordinem quovis modo processerit, ipso facto excommunicationis sententiam incurrat, et si Prior sit, Prioratum amittat, caeteri vero tanquam Ordini ingrati, omni beneficio spirituali Ordinis priventur.

2295.- 1464: Et quia Vicarius et Conventus Domus de Trisulto noluerunt aperire Priori Domus Sanctae Crucis in Urbe ad dictam Domum accedenti ex mandato Reverendi Patris nostri sed repulerunt eum, ideo, etc... (Pr. Lombardiae remotioris).

2296.- 1465: Et illi quinque Monachi Domus Casularum qui in unum conglobati rebellaverunt contra Priorem dictae Domus et contra Visitatores, ipsos repellendo ab actu Visitationis, cum propter hoc deberent magnam poenam sustinere, attenta tamen bona eorum emendatione quam promiserunt, volentes cum eis mitius agere, teneant Ordinem per octo dies et amodo sint quieti et pacifici et deferant reverenter Priori suo. (Pr. Lombardiae propinquioris).

2297.- 1522: Et quia Vicarius Domus de Covis, cum quibusdam Conventualibus sibi adhaerentibus refutaverint D.N... per Visitatores Provinciae missum ad hospitandum ibidem, ne talis rebellio et inobedientia ab aliis trahatur in exemplum, volumus et ordinamus ut Vicarius dictae Domus per tres menses continue sit Novitiorum Novitiuus. Interea Prior Domus provideat de Vicario.... (Pr. Castellae).

RECREATIO: (Vide etiam: 479-486)

2298.- 1465: Ad aliquorum Domorum abusus repellendos, declaramus feriis quintis in Adventu et Quadragesima colloquium ex Ordine non haberi.

2299.- 1484: Et D.N...privamus voce et colloquio propter inquietudinem suam et molestas quas fecit aliis, quousque plene emendaverit. (In Domo Montelli - Pr. Tusciae).

II. RECREATIO [2299]

[2300] RECREATIO II

2300.- 1491: In Domo Vallis Clarae: Et D.N...inhibetur et cae-  
==== teris, sub poena carceris, ne de factis Principum se in-  
tromittant partes faciendo, nec sinistre loquantur de ipsis  
Principibus. (Pr.Acquitaniae).

2301.- 1525: Et in Domo Parisiensi sermo de bonis qui quidem  
==== post lectionem claustrum vel recordationem fiebat, propter  
certas causas et ad instantiam majoris partis conventualium  
ipsius Domus, intermittatur, in hac parte pacem et caritatem  
nutrire volentes. (Pr.Franciae).

2302.- 1586: Et D.N...omnino absteat a curiosis disputatio-  
==== nibus, ne fratres inde scandalizentur. (In Domo Moguntiae  
Pr.Rheni).

2303.- 1633: In Provincia Tusciae: Visitatores invigilent exe-  
==== cutioni Decreti a nobis emanati tam super receptione No-  
vitorum quam super abusu recreationum.

2304.- 1680: Omnes et quascumque licentias quibusdam Domibus  
==== ante posteriorem Statutorum compilationem de recreationi-  
bus extra limites certis vicibus in anno a Monachis capien-  
dis revocamus et abolemus; quae, si aliquo rationabili fun-  
damento nitebantur, antequam spatia singulis hebdomadi-  
bus concederentur in Ordine, nunc cessat omnino, cum per prae-  
fata spatia supereffluenter suppleantur, ac proinde ne  
deinceps assumantur prohibemus, neque etiam sub quolibet prae-  
textu sacerdos hebdomadarius neque quivis alius Monachus per-  
mittatur ire ad quamlibet Grangiam Domus, ut ibi celebret Mis-  
sam agricolis..... (In Duabus Provinciis Hispaniae).

2305.- 1735: Et stricte prohibemus Visitoribus et Prioribus  
==== trium Provinciarum Italiae ne in posterum concedant re-  
creationes praeter eas quae a Reverendo Patre fuerunt ap-  
probatae.

=====

RECTOR: (Vide etiam: 487-488)

2306.- 1568: Et Rector Domus Belreguardi circa reparationem il-  
==== lius Domus invigilet sine discursu extra ipsam Domum.  
(Pr.Tusciae).

[2306] RECTOR

## II. REFORMATIO DOMORUM [2307]

### REFORMATIO DOMORUM:

2307.- 1440: Ob salutare propositum quod subivimus, si et quantum iis diebus collapsum in aliquo videatur in Ordine nostro reformandum, et in sancta religione conservandum, ordinamus quod omnes Visitatores tam de per se quam de consultatione aliorum Priorum et Monachorum ejusdem Ordinis, in eorum Provinciis expertorum, Deumque timentium et zelum sanctum habentium, in scriptis redigant seriose omnia illa quae secundum Deum et observantiam regularem occurrerint in dicto Ordine reformanda, immutanda, aut in toto vel in parte revocanda, ac etiam, si opus fuerit, de novo ordinanda, et illa habeant in futuro Capitulo Reverendo Patri nostro Cartusiae apportare, ut sic dictus Reverendus Pater, vice totius Ordinis, quae sibi fuerint apportata valeat super annum consultius visitare, et pertinenter sub certis articulis, in forma debita exarare, et Prioribus Ordinis, opportuno tempore, in Generali Capitulo congregatis, examinanda praesentare, quibus tum sigillatim consideratis, et alias per diversa Capitula secundum eorum exigentiam mature digestis, illa, dono Dei, Capitulum Generale efficere valeat, quae in futurum liceant et expediant toti Ordini nostro ad salutem.

2308.- 1431: Injungimus Priori Domus Sellionis quod contra suos ibidem dissolutos invigilet et Ordinem et Statuta teneri faciat, et si quos rebelles et inobedientes inveniat, Domino Cartusiae quam citius denuntiet, et D. Joannem Boberin ad dicta Domo juste et canonice per Visitatores absolutum quia artem Alchimiae attentavit et multa alia commisit in dedecus et scandalum nedum illius Domus sed et totius Ordinis et populi circumvicini ultra poenam dictae absolutionis praecipimus carceri mancipandum ad Ordinis voluntatem, et quia D. Stephanus tunc Vicarius et D. Petrus de Bellicio, ipso solo de Bellicio habente licentiam a Visitatore Priore Domus Montis Merulae, propter infirmitatem oculi, eundi ad villam Burgi, et ambo praedicti tota die in dicta villa steterunt, et prandium et coenam sine licentia fecerunt, asserente Visitatore super hoc interrogato per Diffinitores licentiam non dedisse de comedendo ibidem, nec Stephano de eundo, comedat dictus de Bellicio in refectorio ad terram bina vice sine vino, et D. Stephanus quatuor vicibus quarum prima sit in pane et aqua. Et D. Guillelmus qui suas dissolutiones consuetas continuando, sine licentia ivit ad dictam villam Burgi ad confabulandum cum compatribus et commatribus suis, et admonitus quod non debebat ire sine licentia, respondit: "non curo de licentia, ego transibo pro una disciplina", stet in carcere per octo dies. Et demum quia in dicta Domo Sellionis, consuevit sem-

## II. REFORMATIO DOMORUM [2308]

[2309] REFORMATIO DOMORUM II

per suas inordinationes facere, revertatur, expensis Domus Sellionis, ad Domum unde venit, etc... etc... (Pr. Burgundiae)

2309.- 1435: Injungimus ut Visitatores in recessu a Capitulo vadam ad visitandum Domum Divionis, quibus injungitur ut tales leges seu ordinationes faciant et sub poenis formidabilibus ut status Domus, maxime in spiritualibus, reformetur. (Pr. Franciae).

2310.- 1436: Hortamur Priorem Domus Sancti Hieronymi prope Bononiam ut se et Domum suam secundum regulares observantias Ordinis nostri reformet, aliter Capitulum providebit de remedio opportuno. (Pr. Tusciae).

2311.- 1448: Et de his quae principaliores Domus Vallis Virtutis in Scotia scribunt super reformatione praefatae Domus et bona obedientia omnium in his quae Ven. Fr. noster Prior Domus Siligniaci Visitor eorum ordinavit, sumus bene aedificati et eos exhortamur in Domino ut semper de bono in melius proficiant, attento permaxime ferventissimo affectu Illustrissimi Domini Regis Scotiae circa prosperum incrementum foundationis paternae. Et D. Britius de Montgomery vadat ad Domum Divionis ad Ordinis voluntatem.

2312.- 1450: Et Visitatores se transferant ad Domum Vallis Jesu Christi in forma Ordinis tam in capite quam in membris effectualiter visitandam, seditiosos praefatae Domus et discordiae seminatores necnon monopolitos conspiratores et ambitiosos de quibus per nonnullos notabiles Ordinem diligentes multa ad nostrum Capitulum Generale in confusionem dictae Domus et Ordinis nostri fuerunt delata, puniendo, et si opus fuerit, per Doms Provinciae collocando, et nolentes obedire cum restrictione victualium carceribus mancipando. (Pr. Cathaloniae).

2313.- 1452: Et quia intelleximus in Domo prope Franckenford multas indecentias contra Ordinis nostri gravitatem et instituta, in inordinatis exitibus de cella, in crebris fractionibus silentii, in minoris reverentiae obedientiaeque exhibitione subditorum ac Superiores suos, etc..., insolescere; monemus eosdem Priores ad dictae Domus Visitatores ut super extirpatione praefatorum et aliorum excessuum diligentius invigilent; et fratres dictae Domus, Deum et suam professionem prae oculis habentes in eisdem emendabiles se exhibeant prout Dei et Ordinis optant effugere ultionem. (Pr. Saxoniae).

2314.- 1454: Dispersio totius communitatis Domus Trisulti, "incomposita, inexemplaris et scandalosa", et formatio aliae

[2314] REFORMATIO DOMORUM



II. REFORMATIO DOMORUM [2315]

communitatis novae.....(Pr.Lombardiae remotioris).

2315.- 1456: Committimus Visitoribus ut Domum Portae Coeli  
 ---- habeant quam citius visitare et novum Priorem ut primas  
 impressiones sui regiminis juxta formam Ordinis habeat bo-  
 nas et honestas dirigere et juvare; insolentias Monachorum  
 qui, proh dolor! saepenumero in collapsum Ordinis, ne dixe-  
 rimus contemptum, graviter invaluere strenue reformare,  
 inobedientes seu rebelles audacter punire, etiam, si deme-  
 rita eorum exegerint usque ad carcerem inclusive et omnia  
 alia et singula dictae Domus necessaria seu accomoda ef-  
 ficere cum plena nostra auctoritate. (Pr.Cathaloniae).

2316.- 1456: Et quia intelleximus in Domo prope Erfordiam va-  
 ---- rias Ordinis observantias et laudabiles consuetudines im-  
 mutatas et in desuetudinem venisse, monemus seriose Visita-  
 tores ut ad emendationem et correctionem praedictorum serio-  
 se attendant, monentes etiam omnes personas dictae Domus  
 quatenus in praemissis emendabiles se exhibeant, si Dei et  
 Ordinis voluerint effugere ultionem. (Pr.Alemaniae Infer.).

2317.- 1460: Et committimus Visitoribus Provinciae Saxoniae  
 ---- ut in Domo in Pomerania, quando erunt in actu Visitatio-  
 nis habeant nonnullos excessus claustrales cum zelo Ordini-  
 nis reformare.

2318.- 1463: Et quia sunt quaedam nobis relata de Priore Domus  
 ---- Sanctae Crucis in Urbe et de statu Domus suae, monemus il-  
 lum ut illa studeat reformare, pro honore Dei et Ordinis,  
 et pro salute animae suae seipsum emendare, alias Ordo pro-  
 videbit. (Pr.Lombardiae remotioris).

2319.- 1475: Injungimus Visitoribus Provinciae ut sub Visita-  
 ---- tione Domus Monachorum Brugis diligenter singula reforment  
 tam in capite quam in membris reformatione digna, et provi-  
 deant in singulis dictae Domui de exclusione saecularium tam  
 a Choro quam a claustro, etiam de extirpatione illarum her-  
 barum odoriferarum juxta cellas Monachorum, non obstante quo-  
 cumque lucro inde acquirendo aut perdendo. Similiter commit-  
 timus eisdem Visitoribus plenam auctoritatem omnia et sin-  
 gula ordinandi quae putabunt posse deservire pro salute om-  
 nium illorum. (Pr.Picardiae remotioris).

2320.- 1485: Quia intelleximus Domum Moguntiae turbationibus  
 ---- plenam, ideo injungimus Visitoribus Provinciae ut eam  
 quantocyus commode poterunt visitent et reformanda tam in  
 capite quam in membris reforment. (Pr.Rheni).

II. REFORMATIO DOMORUM [2320]

[2321] REFORMATIO DOMORUM II

2321.- 1501: Et hortamur omnes et singulos tam Priorem quam  
==== alios in Domo in Tüchelhausen existentes quatenus sic se  
habeant in his quae Ordinis sunt quod nedum religiosis, ve-  
rum etiam secularibus veniant in exemplum et antiquam malam  
famam, virtutum odore resperso extinguant. (Pr.Alem. Inf.).

2322.- 1506: Et novus Prior Domus Montis Rivi studeat circa ob-  
==== servantiam Ordinis, quae quasi totaliter corrui in hac  
Domo. (Pr.Provinciae).

2323.- 1509: Et hortamur Priorem Domus Hollandiae ut se emen-  
==== det in defectibus suis et statum Domus utrumque diligentius  
quam hactenus fecit gubernet, similiter Monachi in defectibus  
suis se corrigere studeant, et Ordinis observantias sollici-  
tius observent, alias Visitatores Provinciae cum plena auc-  
toritate Capituli Generalis Domui provideant, tam in capite  
quam in membris. (Pr.Theutoniae).

2324.- 1519: Priori Domus Romae non fit mia. Cui injungimus ut  
==== circa reformationem et restorationem dictae Domus in utro-  
que suo statu, omnem sibi possibilem curam et diligentiam ad-  
hibeat, sex aut octo Monachos celebrantes, pro Divino Officio  
ibidem jugiter teneat, nec permittat eos per civitatem dis-  
currere aut vagari. Et cum interdum per licentiam, causa re-  
creationis, claustrum exeunt, non transgrediantur sibi assi-  
gnatos, aut per Visitatorem in descensu Capituli assignandos  
terminos, nec tunc domos saecularium intrent, nec cum mulie-  
ribus, quantumcumque honestis, colloquium teneant, nec extra  
Monasterium quoquo modo bibant, seu comedant, sub poenis in  
Tertia Compilationone contentis, et generaliter, quantum com-  
mode fieri poterit, regularem observantiam, juxta ritum et  
morem Ordinis et ejus instituta teneant; ipse vero Prior in  
seipso exemplum caeteris bene vivendi praebat, nec per Ur-  
bem, nisi pro necessariis suae Domus vel Ordinis negotiis  
quae aliter expedire non possunt aut nisi nominatim et ex-  
presse, a majoribus suis, quibus obedire necesse est, voca-  
tus incedat; Monachos et alias Ordinis personas illuc inor-  
dinate venientes, cum possibili diligentia repetat, et eos  
ad Ordinis obedientiam, invocato ad hoc, si opus fuerit,  
auxilio brachii saecularis, reducat; negotia Ordinis et sin-  
gularum Domorum ejusdem quae sibi commendata fuerint, sump-  
tibus quorum intersit, prosequatur, et in omnibus, tam ipse  
quam apud eum degentes Monachi et caeteri taliter se habeant  
ut honesta eorum vita et religiosa conversatio sanctitati  
loci in quo degunt, conveniat. Et ut in tanta Urbe, quae  
Caput est Orbis, et coram Sancta Sede Apostolica, observan-  
tia regularis, quantum humana infirmitas et ipsius loci  
qualitas hoc permiserint ibi vigeat, ad Dei laudem, suam

[2324] REFORMATIO DOMORUM